Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Elsevir

Kw 224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

15½

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

x lib. J. G. de Hengst... medici 1650

SEVER.
PINÆUS
de Virginitatis notis, graviditate & partu.

LUDOV.
BONACIOLUS
de Conformatione fœtus.

Accedunt alia.



LVGD. BATAVOR.
Apud Franciſcum Hegerum. Anno. 1641.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

I. SEVER. PINÆI *Carnut.*

De

INTEGRITATIS ET CORRVPTIONIS VIRGINVM NOTIS:

GRAVIDITATE item & PARTU NATURALI Mulierum, OPUSCULA.

II. LVDOV. BONACIOLI *Ferr.*

ENNEAS MULIEBRIS;

III. FEL. PLATERI *Baſil.*

DE ORIGINE PARTIUM, earumque in utero conformatione.

IV. PETRI GASSENDI

DE SEPTO CORDIS PERVIO, Obſervatio.

V. MELCHIORIS SEBIZII

De

NOTIS VIRGINITATIS.

Accedunt Indices novi ac pleni.

Lugduni-Batavorum,

Apud FRANCISCUM HEGERUM.

cIɔ Iɔ cxl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Vtriuſque Medicinæ

STVDIOSIS

SEVERINUS PINÆUS

S. P. D.

SI noſtra cura & labore (viri ſtudioſiſſimi) eorum qui vos præceſſerunt ſtudiis aliquid adjumenti, levaminis & ornamenti ab hinc triginta annis attulimus: cum plantas nunc in horto exoticas, nunc ruri ubique per æſtatemvulgares oſtendebamus, earumque claſſes ſeu genera ſumma, intermedia, & infimas ſpecies, quibus facile in communem & certum uſum revocabamus, & per hyemem privatim & publice anatomen cadaverum non tantum hominum, ſed etiam brutorum animantium celebrabamus, non nobis, ſed Deo *ſit gloria.*

Nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Nunc vero veſtris conatibus non minus faventes, & aliquid in communem utilitatem adferre volentes, duas obſervationes phyſiologicas, & (ſi velitis) anatomicas vobis proponimus atque exhibemus: quarum primam fere omnes eſſe Chimæram putabunt propter diverſam authorum qui de ea ſcripſerunt, opinionem, quæ eſt, De integritatis *& corruptionis virginum notis, & de clauſtro virginali quod* Hymena *omnes uno conſenſu vocant. In quo deſcribendo, quia novi (ut opinor) & ſoli eße videbimur, vos præmoniti ſpeculatores, & ſubinde judices eſtote, ſicut & alterius obſervationis, quæ eſt de oſſium pubis ab invicem & oſſium ilium ab oſſe ſacro in partu naturali diſtractione. Quam quidem noſtram opinionem Neoterici fere omnes infirmant: nos vero rationibus pluribus acti, authoritate veterum comprobati, experientiaque noſtra atque oculata fide doctiſſimorum virorum adhuc ſuperſtitum confir-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

confirmati, rem longe aliter ſe habere ſentimus. Quare in poſterum cum medicinam facietis, ut gravidis provideatur, iiſdemque parturientibus & pueris ſuccurratur à vobis, hoc Opuſculum minus ſane, quam par erat, elaboratum, in lucem emiſimus, omniumque judicio expoſuimus emendandum. Quod ſi gratum vobis atque æquo animo acceptum eſſe noverimus, alterum de facili methodo diſcendorum ſimplicium, quod jam paratum habemus, propediem emittemus, veſtriſque oculis ſubjiciemus.

Valete, & Pinæum
veſtrum amatote.

Lutetiæ Kalendis Ianuariis 1579.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Totius hujus Opuſculi Phyſiologi Summa.

I. Præfatio, in qua multa narrantur à Galeni temporibus neglecta, & alia à Neotericis obſervata.

II. Liber primus, qui diſtinguitur in novem capita brevibus argumentis locupletata; quibus ſubnectuntur tria Problemata parthenica: item tabula una continens omnium partium pudendarum, tam virginum quam mulierum, nomenclaturas.

Alter vero liber undecim capitibus abſolvitur, quibus tabula una eorum quæ in ſpatio ſeptem ſeptimanarum matri & fœtui accidunt, inſeritur.

Item ſex figuræ, quarum prima, tertia, quarta, quinta, & ſexta ſunt fœtuum abortivorum: Secunda vero eſt falſi germinis, ſic vulgo dicti, circa quadrageſimum diem à conceptionis die ejecti.

His acceſſit eorum quæ notatu digniora ſunt, perſpicuus Index.

Hortus amœnus adeſt muliebris: ſed cave operta
Sacra bonæ Divæ, prodita detegere.

F. Mor. P.R.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

AD CANDIDVM LECTOREM

PRÆFATIO.

*Veriſſimum quidem eſt illud quod vulgo dicitur (amice lector) † Deũ & naturam ejus miniſtram nihil fruſtra feciſſe. Id vero maxime fabrica & compoſitio corporis humani docet, ſive integrum illud, ſive ejus partes etiam minimas ſpectes. Harum quippe cujuſuis * uſus aut actio homini adeo neceſſaria eſt, ut quemcumque in admirationem facile trahat. Quod ſummus ille naturæ miniſter & interpres Galenus (qui jure merito medicorum tanquam lumen ab omnibus non modo philiatris, ſed etiam philoſophis cæteriſque authoribus habetur) docuit in ſuis libris anatomicis, & in his præſertim quos de uſu ſingularum partium compoſuit, cum partes illas explicat, quæ utrique ſexui ad generationem inſerviunt.*

 Sunt

† Ariſt. c.4.lib.1. de Cœlo ſub finem.

* Cap. 2.lib.1. & cap.1. lib.17. de uſu partium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Sunt autem in viris triplices præcipuæ, vaſa nempe ſpermatica, teſtes, & penis, qui multis nominibus donatur: †alii enim virgam virilem, alii veretrum, colem, mentulam, mutonem, & alii penem vocant: & particulariter quiſque ſuo idiomate nomina infinita fingere ſolet. In mulieribus vero ſunt vaſa ſpermatica, teſtes & uterus conſtans ſuis partibus ſimplicibus & compoſitis: quas ut varias habet & multiplices, ſic pluribus officiis & muneribus fungitur. Qui Galeni *libri poſtremo à nobis præcipue commemorati, etiamſi ita terſi fuerint & apprime contexti, ut nihil fere in his deſiderari queat, tamẽ authores propemodum omnes quotquot à Galeni temporibus extiterunt, ſive antiquiores fuerint, ſive recentiores, philoſophi aut medici quantumvis docti, imo omnes (paucis admodum exceptis) qui hodie medicinam faciunt & chirurgiam exercent, videntur ex profeſſo multa ſubticuiſſe, quæ in his continentur pulcherrima, ſcitu digniſſima, & maximè neceſſaria, non ſolum medentibus omnibus, ſed etiam pharmacopœis & obſtetricibus. Inter ea autem numerantur quæ de ſymphyſeos ſpecie altera, quæ videlicet cum medio fit, ſcripta ſunt: hæc vero*

triplex

†. Columb. c. 15. lib. 11. rei Anatom.

*triplex eſt à triplici ſubſtantia intercedente, aut materia denominationem aſſumens, cartilagine nimirum ſynchondroſin, nervo * id eſt , ligamento ſynneuroſin & carne ſyſſarcoſin : quarum primis duabus in hoc duplici tractatu egebimus , cujus quidem prior erit de integritatis & corruptionis Virginum notis: alter vero de graviditate & partu naturali mulierum. Omiſſæ quoque fuerunt aut ab iis penitus neglectæ (niſi à doctiſſimis quibuſdã noſtris amicis) anaſtomoſes illæ duæ, quæ prope baſin cordis fœtus ſitæ ſunt , & ſummi Opificis beneficio factæ propter fœtus commoditatem dum adhuc eſſet in utero matris ſuæ, quarum uſum in hac præfatione explicabimus, ſiquidem illarum poſthac mentionẽ facere mens non eſt. Altera ergo illarum eſt , quam primo loco ſtatuimus à vena cava auriculam dextram cordis jam ingreſſa ad arteriam venoſam poſtremo tendens, quæ ſeptũ inter duas cordis auriculas (quod nihil eſt aliud quam auriculæ utriuſque pars altera alteri appoſita & communi vinculo conjuncta) ſitum penetrat foramine amplo, & hæc arteria venoſa revera vena tunc eſt tantum tum ſtructura tum officio & uſu, quia tunicam ſimplicem ut vena habet, &*

* Gal. in præfa. lib. de oſſib.

*ſanguinem aptum† ad nutritionem & accretionem pulmonum defert, qui talis omnino eſt, qualis eſt ille, qui ad reliquas corporis partes propter eundem effectum & uſum defertur. Altera vero anterius poſita anaſtomoſis eſt, & ab arteria magna ad venam arterioſam tendit, quæ quidem vena arterioſa, dum videlicet eſt adhuc in utero matris fœtus, & in eo vivit, revera arteria eſt ſimpliciter, quod habeat tunicam arteriæ, & ejuſdem munere fungatur: defert enim ad pulmones ſanguinem tenuem & ſpiritum, ab arteria aorta deſumptum, mediante dicta anaſtomoſi ad vitam illis præbendam. Quæ duæ anaſtomoſes (inquit Galenus) * poſtmodum pereunt, id eſt, poſt aliquot, ut puta, quatuor aut quinque annos à nativitate. Hæ ſiquidem ita perfecte obliterantur, ut nihil quicquam veſtigii penitus appareat, nec diceres ſanguinem unquam ab uno vaſe ad alterum hac transfluxiſſe, ſi oras, illius quæ erat cava, junctas & unitas inter ſe, & hujus corpus longiuſculum minime cavum, ſed ſolidum conſpiceres. At quæ nunc de anaſtomoſibus diximus, etiamſi ſæpius contingant, tamen in quibuſ-*

dam

† Gal. cap. 6. lib. 15. de uſu part.
* Gal. ibid.

dam ſectis hominum cadaveribus, qui perfectam attigerant ætatem, viſa eſt iſta, quæ à vena cava ad arteriam venoſam tranſit, foramen habens manifeſtum, ſed anguſtum valde & obliquum: quod in duobus tantum animadvertimus, etiamſi pluſquam in triginta aliis diligenter quæſiverimus. Tertio præterea illud foramen à nobis viſum eſt, deinde omnibus qui aderant oſtenſum anno 1595. menſe Octobri cum anatomen celebraremus publice in ſcholis medicorum præſide doctiſſimo viro Domino Mercatore doctore medico, quod adeo parvum & obliquum erat, ut non niſi ſtylo tenui & curvo inter duas tunicas nondum penitus unitas propter earum duritiem perducto, apparebat. Quantum vero ad alteram anaſtomoſin, quæ arteriæ vicem geſſerat, quamvis ejus corpus medii tranſverſi digiti longum, ſic à prima conformatione compoſitum, ita ut vas potius quam anaſtomoſis videatur, non eſſet deletum ſemper, tamen adeo attenuatum † & vietum erat factum atque ſolidum intus, ut potius nervi quam arteriæ aut venæ effigiem præ ſe ferret. Verumenimvero quia prædicta anaſtomoſis à vena cava in arteriam venoſam ſemel fortaſſis, aut bis terve ad

† Andreas Laur. lib. 2. operis anatom.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

*ve ad ſummum, idque obſcure doctiſſimo medico & chirurgo Leonardo Botallo ſicut & nobis videre contigit in his hominibus, qui ad perfectam pervenerant ætatem, in omnibus pueris, & junioribus brutis animantibus, ut vitulis, nec-non in quibuſdã ſenioribus & majoribus, ut vaccis, bobus & equis: anaſtomoſin eã in omnibus ſimiliter ſervari, & in hominibus ſemper reperiri illi quandã occaſionem credendi præbuit, & ſcribendi eandem anaſtomoſin eſſe * venã arteriarũ nutricem. Sed ni fallor, fallitur ipſe, quandoquidem in ſenibus raro admodum reperitur: & ſi in quibuſdam reperiatur, id præter naturæ inſtitutum ſit, propter eam quam antea diximus rationem. In omnibus enim natura delere & abolere conatur, ut Galen. ait loco citato: quod, qui plura ſecabunt cadavera hominum, proculdubio obſervabunt, & dictis ſcriptiſque confirmabunt. Qui vir doctiſſimus, & ſummus medendi artifex Dom. doctor Botallus etiamſi veram hiſtoriam anaſtomoſεων vaſorum, quæ ſunt prope baſin cordis, non videatur intellexiſſe, præſertim ejus, quæ conſpicua eſt in auricula dextra cordis (cujus ſolius mentionem facit) ad exortum coronariæ venæ ejuſdem viſce-*

* In calce lib. de Catarrho.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

viſceris, & in auriculam ſiniſtram pervia, qua mediante à vena cava eandem auriculam dextram ingreſſa in arteriam venoſam eique adnatam auriculam ſanguinem effundit: ſiquidem venam arteriarum nutricem vocat, ac ſi in provectioribus ætatibus, ut in prima, ſingulis hominibus cæteriſque animalibus, quæ viva in utero geſtantur, atque ſanguine in eodem nutriuntur materno, ineſſet, videreturque facile. Obſervatione tamen & deſcriptione ejuſdem doctoris atque admonitionibus doctiſſimi atque acutiſſimi ingenii viri Iacobi Dionei chirurgi Regii collegæ noſtri contextum elegantiſſimum, qui ſexto & decimo quinto de uſu partium, ut dictum eſt, habetur, legimus diligenter, aliiſque explicuimus, & prædictarum duarum anaſtomoſeωn ibi deſcriptarum ſitum, magnitudinem, figuram & uſum non ſine magna omnium admiratione privatim & publice oſtendimus. Neglectio autem prædictarum anaſtomoſeωn atque illarum uſus, & Gal. contextus, necnon veritatis indagandæ majorum noſtrorum ſegnities effecerunt, ut embrionum pulmones craſſo nutriri ſanguine, ut reliquas corporis partes non agnoverint, nec exiſtimaverint fœtus recenter in lucem editos, eoſdem graviores ſeu pon-

deroſiores multo, nigrioreſque habere his, qui jam per aliquot ſeptimanas aut menſes aërem per os, nares, fauces, & aſperam arteriam non ſolum ad cordis caloris & ſpirituum vitalium refrigerationem, ſed etiam ad eorum conſervationem & augmentum traxerunt & exceperunt. Et præterea ſanguinem iterum attenuatum & elaboratum in dextro cordis ventriculo, cujus ſyſtole pellitur in venam ★ arterioſam, quem pulmones aſſumunt ad ſui nutritionem, qui ideo poſt hæc magis albicantes ſpongioſi & leves facti ſunt quam antea & propter motum frequentem. Ad quem naturalem infantium habitum, qui videlicet omnes, eo quo dictum eſt modo, pulmones habent ponderoſiores quam poſtea nunquam, cum parcius quam par erat attenti majores noſtri Galeni ſucceſſores extiterunt, in cauſa fuere & adhuc ſunt ut fœtibus & pueris recens natis quampluríma ſymptomata terrifica & lethalia acciderint, non docentes matres nutrices & aſſidentes ancillulas modum enutriendi eos in prima ætate, ſumpta indicatione à dictorum pulmonum naturali pondere, ab inſueto munere & officio, quod eſt in perpetuo fere motu eſſe, & etiam à partium thora-

★ Syl.lib.3. Iſago.anat. cap.18.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

thoracem moventium, & excrementa in pulmonibus contenta expellentium imbecillitate. Propterea factum eſt, ſitque adhuc, ut major fœtuum æditorum ſeu infantium pars ſtatim ab ortu intereat, aut ſaltem tres quatuorve ætatis annos non attingat: eorum vero qui ſtatim à nativitate, ut diximus, excidunt, plurimi derepente moriuntur, unde nutrices & matres ſæpe ſuffocationis eorumdem accuſantur. Et præterea quoniam in cadaveribus eorum, ſi forte ſecta fuerint, pulmones craſſo ſanguine pleni & ſaturato rubore ſuffuſi reperiuntur, hoc efficit, ut idipſum quoque confirmetur ab iis qui adſunt & præſunt, quoniam puerorum habitum naturalem ejuſmodi eſſe non animadverterunt, neque ab aliis edocti ſunt. Verum ſuffocationem iſtam accidiſſe à prava victus ratione, illegitima neceſſariorum adminiſtratione & uſu, ut à nimia thoracis conſtrictione in cunabulis, & decubitu humiliore in dorſum, cenſemus, ſicut & in capitis plus æquo denudatione, ex qua humoris à cerebro præ nimio calore aut frigore aëris ambientis affecto fuſi aut expreſſi, fit rheuma in pulmones, è quibus, in parvulis & infantibus nulla fit ſpuitio, aut alterius humoris ſeroſi aut pituitoſi excretio, & propterea illorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

obſtructio, gravitas & oppreſſio fiunt tantæ in thorace (matre non conſcia) ut ſuffocationem afferant funeſtam. Suffocationum vero quæ accidunt infantibus lactendo & cubando propter os & nares obſtructa, ſunt alia ſigna: illis namque mortuis veſtigium cavum & papillæ rotundæ impreſſio inter utrumque labrum apparet, & lactis guttulæ quædam in aſperam arteriam & bronchiorum principium deerrarunt, atque his ſpuma in ore copioſa adeſt, facieſque livida fit admodum, atque labra. De glottide quoque laryngis & ejus duplici ſinu pariter nihil penitus ſcripſerunt (quod ſciamus) quotquot à Galeni temporibus authores extiterunt præter doctiſſimũ virum Gaſparum Bauhinum Baſileæ profeſſorem anatomicum & botanicum, nec cur epiglottis ſic vocetur, rationem reddiderunt, multoque minus certi quicquam de integritatis & corruptionis Virginum notis protulerunt. Quas tamen ſymphyſes, anaſtomoſes vaſorum cordis, glottida & ejus ſinus duos cum his notis virginitatis ante viginti annos publice in ſcholis medicorum & privatim apud nos ex Galeni mente demonſtravimus non ſine magno auditorum & omnium ſpectantium commodo, eoque magis quod ad relationes quæ judi-

judicibus fieri ſæpiſſime debent, ſi quid aliud unquam, neceſſaria ſit iſtarum cognitio. De quibus, ea de cauſa naturæ ordinem ſequentes virginitatis & corruptionis puellarum notis in hoc primo libello (amice lector) deinde arreptâ occaſione eorum quæ ſucceſſive fiunt, de graviditate poſt deflorationem agemus, & poſtremo ſymphiſeωs oſſium pubis inter ſe & oſſium ilium cum oſſe ſacro per ſynchondroſin & ſyneuroſin ſimul junctorum, quæ in partu fieri ſolet naturalem dilatationem maxime perſequemur. Quam quidem pluribus rationibus, authoritatibus & teſtimoniis ocularibus fieri, fœtantium & fœtuũ commodo demonſtrabimus, & probabimus: quicquid Neoterici plures contra ſcripſerint, alii tacuerint, & immotis tantum labiis alii quadam ex parte verum eſſe dixerint. Eorum enim quidam dilatationem ullam prædictorum oſſium in partu fieri plane dictis ſcriptiſque negant: alii poſticas duas ſymphyſes quæ ab oſſibus ilium cum oſſe ſacro fiunt, quodammodo admittunt & anticam penitus rejiciunt: ſed omnes tanquã ad aſylum ad coccygis retroflexionem ſeu retroceſſionem potius confugiunt, quam nos in hoc naturali miraculo nihil conferre aut obeſſe poſſe, ut ſuo dicetur lo-

co, con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

co, cenſemus. Quod cum fecerimus, naturam non adeo novercam eſſe, ut nonnulli volunt, ſatis ſuperque demonſtraſſe putabimus, docentes illam conſtrictionem inſignem oſſium pubis inter ſe & oſſium ilium cum oſſe ſacro neceſſitatis tempore, ejuſdem naturæ providentia relaxari, plurimumque dehiſcere, & egreſſuris fœtibus matrũ uteros quaſi repagulis ſublatis, aperiri. Sed ſi in aliqua parturiente officii immemor ſegniorque facta fuerit natura, aut in opere peragendo imbecillior, hoc illi accidiſſe veriſimile eſt, quod tardius proli indulſerit aut temperamento ſicciori ſemper prædita aut male conformata fuerit. Propterea mulieres in utero habentes, & pueros adhuc in eo degentes ac ſtabulantes non ſic negligendos eſſe hortamur, ſed omni auxilio & arte juvandos, ut non minus ſaltem diligentes ſe præbuiſſe videantur medici & chirurgi in partibus dilatandis, per quas exit fœtus de utero matris, quam quum editus eſt, in iiſdem conſtringendis ſolliciti ſunt. Quod ſit apte & convenienter ſi medicamenta emollientia qua voles forma parata ſymphyſibus prædictorum oſſium pubis & ilium adhibita fuerint, ut natura docet, atque ipſamet quantum poteſt præſtat. Quæ oſſa his in ſymphyſibus adeo vehemen-

hemen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

hementer conſtricta ſunt reliquo vitæ tempore, ut citius alibi, puta, in medio ſui frangerentur, quã à cauſa quadam procatarctica ab invicem diducerentur, quæ tamen tempore partus diſtrahuntur. Sed antequã de his plura perſequamur, quæ fiunt in gravidis & parturientibus, æquum eſſe videtur, ut ea prius quæ in virginibus & defloratis ſeu corruptis conſpiciuntur, in medium proferamus. Te autem monitum volumus (amice lector) hoc opuſculum primum nos gallicum feciſſe; ſicque in publicum proditurum decreviſſe, ad eorum ſublevationem, qui judicibus & parentibus referre debent de conformatione naturali aut vitiata pudendorum virginum aut innuptarum, quarum hæ maximam vim à procis integritati ſuæ, illæ vero nullam à maritis aut ſaltem ſponſis imbecillioribus & fatuis illatam fuiſſe conqueruntur. Sed cum primas delineationes quibuſdam expoſuiſſemus, cognoviſſemuſque horum alios ad laſciviam, alios ad vaniloquium & procacitatem potius quam ad fructum aliquem ex eo ſibi & reipublicæ utilem colligendum expetere; inſtituti noſtri rationem mutavimus, atque in ſermonem Latinum convertimus, philiatriſque

ſolis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſolis & literatis hominibus devovimus * *Horatii exemplo impulſi, ſic ſcribentis:*

Odi profanum vulgus, & arceo,
Favete linguis. Carmina non prius
Audita, Muſarum ſacerdos
Virginibus pueriſque canto.

Bene vale, & cœptis faveto.

* Initio Odæ. 1. lib. 3.

PAR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

PARVI SEU IMI VENTRIS

Multiplex eſt acceptio, & in eo (exceptis pudendis) omnes fœmellarum genitales partes ſunt reconditæ.

Caput primum.

Filiarum ſeu puellarum virginitatis notas, quæ ex ſola anatome ſeu potius naturali conſtructione & diligenti ejuſdem inſpectione petuntur, exprimere atque oſtendere volentes, mulierum quoque, id eſt, corruptarum habitum declarabimus; ut aliæ aliis oppoſitæ, vel juxta ſe poſitæ, earum differentiæ magis innoteſcant. Sed quoniam earum partes in pluribus convenire & in paucis differre videntur, ſi negligentius inſpicias, ideo dicen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

dicendum eſſe prius æquum videtur de partibus communibus, deinde ad particulares erit veniendum. Sunt igitur utriuſque partes genitales, quæ fere omnes ſitæ & abſconditæ ſunt in ima ventris inferioris parte, qui locus & pars corporis vulgo apud nos parvus venter appellatur, nec immerito, quamvis anatomici pauci ejuſmodi vocabulo utantur. Hypogaſtrium enim ab his ſumitur pro continentibus partibus anterioribus & imis ventris inferioris & non pro parvo quem nunc intelligimus ventre, cujus antequam ulterius progrediatur anatome, ſaltem brevis & ſuperficiaria nobis facienda eſt, ut partes hujus omnes præſertim fœminarum explicentur; quarum præcipua eſſe videtur uterus, * qui nihil eſt aliud quam naturæ campus in quem ſemen utriuſque ſexus partim iniicitur partim attrahitur, ut nova humani generis proles, multiplicatio & ejuſdem conſervatio tandiu fiat, quandiu ſummo creatori placuerit. Parvus venter de quo nunc agitur, etiamſi pro infima tantum ventris inferioris parte ſumatur, ut dictum eſt, tamen tripliciter poteſt intelligi: vel enim

** Ariſt. cap. 2. lib. 1. de generat. animal.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

enim ſtricte pro ventre illo parvo, in quo veſica ſola ineſt, quomodo accepiſſe videtur Diocles Cariſtius in Epiſtola ad Antigonum regem ſcribens, corpus humanum dividi in quatuor partes, nimirum in caput, thoracem, ventrem & veſicam, ut Paulus Ægineta † refert: ſeparatur autem iſte venter parvus à magno ſepto ſeu pariete quodam interjecto à productione peritonæi facto, quæ productio à collo veſicæ per ejus partem poſticam & fundum ad umbilicum uſque extenditur, quam fulciunt atque ſuſtinent vaſa tria, quę in ligamenta degenerarunt, vrachus videlicet à veſicæ fundo ad umbilicum perductus, & arteriæ duæ umbilicales, quæ deſcendunt ad iliacas fœtuum quibus inſeruntur. Late, ut vulgus ſumit, quando nempe vult ſignificare eam cavitatem quæ antice oſſibus pubis, poſtice oſſi ſacro, lateraliter inferna parte oſſium ilium & iſchii terminatur. Latiſſime vero accipitur parvus venter pro tota illa ventris inferioris parte, quæ à fine antico ſeu ſpina coſtæ ſupernæ oſſium ilium incipit, & ducta utrinque linea tranſverſa ad medium ſpatium inter umbilicum

&

† *Cap.* 100. *lib.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

& ſpinas oſſiũ pubis ſeſe extendit; comprehendens intra ſe omnia quæ inferne ſita ſunt. Quovis autem modo accipias, partes habet continentes communes & proprias, deinde contentas. Communes continentes ſunt epidermis, cutis vera, panniculus parum carnoſus hoc in loco, & adeps. Propriæ vero ſunt inferiores muſculorum abdominis, & eorundem aponeuroſeωn fines atque ſuperiores oſſium pubis partes, idque antice: poſtice vero os ſacrum & quæ ſuperpoſitæ ſunt partes, lateraliter denique infernæ oſſium ilium partes cum muſculis interna in facie atque externa ſitis, ſuis generalibus tectis involucris, cute videlicet & cæteris. Præterea undique proxime conteguntur, & continentur omnes contentę peritonæo cum quibuſdam ab eo productionibus. At in parvo ventre continetur veſica ſola quando ſtricte ſumitur, & quando latius, eo quo nunc intelligitur modo, adduntur uterus & inteſtinum rectum. Sed quando latiſſime, cum ſupradictis præparantia continentur quoque vaſa ſpermatica, teſtes mulierum, & magna ilei inteſtini portio, quod in mulieribus, quęmadmodum in viris aliquando deſcendit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſcendit in inguina, potius quam aliud, per peritonæi dilatationem, (nam dum inteſtina deſcendunt in inguina dilatatur naturalis productio, & nova producitur tanquam vagina) & productionem præter naturam ſimul utramq; factam, aut uterum deorſum pellit, fitq; utriuſque nimirum inteſtini & uteri prolapſus. Sed quoniam partium genitalium mulierum hiſtoriam perſequi polliciti ſumus, de his nobis agendum eſt. Sunt ergo triplices genitales partes nempe vaſa ſpermatica, teſtes & uterus: vaſa ſex ſunt, quatuor præparantia, duæ venæ, & totidem arteriæ. quarum illæ oriuntur, dextra à trunco venæ cavæ deſcendentis infra renes, ſiniſtra vero ab emulgente, & arteriæ ambæ à trunco aortæ enaſcuntur. Quæ vaſa præparantia antequam attingant teſtem utrumque, dividuntur in duas partes, quarum una ad teſtem ſeminis materiam, altera ad uteri corpus ejus nutritionem ſeu alimentum proprium & fœtus magna ex parte, & ſanguinem menſtruum expurgandum, & cum eo humorū colluviem defert. Reliqua duo vaſa ejaculatoria appellantur ſeu deferentia, quæ

à teſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

à teſtibus orta ad uteri cornua * extenduntur, ſemenque deducunt perfecte coctum in uteri capacitatem, ad cujus explicationem nobis properandum eſt quamprimum. Eſt ergo uterus genitalis pars femellis omnibus maxime viviparis propria, conſtans ſimplicibus partibus & compoſitis: ſimplices ſunt tunicæ, venæ, arteriæ, nervi & ligamenta. Tunicæ autem duæ ſunt propriæ, una quæ craſſa eſt, & fere carnoſa in duas dividua, fibris rectis paucioribus intus, & foris pluribus tranſverſis prædita: altera tunica eſt communis à peritonæo producta circa exortum vaſorum ſpermaticorum præparantium, & à regione renum ad teſtes & corpus uteri fertur ipſum involuens, quæ quamvis ſit tenuis, tamen ſatis valida eſt: atq; etiam in duas, ut reliquæ omnes corporis membranæ, excepta pia matre, facile à diligenti anatomico dividi poteſt. Recipit uterus octo vaſa, quatuor ſuperiora, ut dictum eſt, duas venas à ſpermaticis & totidem arterias, utrinq; unam, quæ, ut ſupra commemoravimus, fœtui ſanguinem ad vitam & ad nutritionem, dum mulier gravida eſt, cum quatuor inferio-

* *Aut loco proximo.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

inferioribus mox exponendis præbet. Ea vero vaſa ſunt duæ venæ hypogaſtricæ, & duæ quoque arteriæ, quæ aſcendunt per latera colli uſque ad medium uterum ubi coëunt cum ſuperioribus, fitque vaſorum communio atque ſanguinis & humorum in eo contentorum per idem uteri collum & ſinum pudoris derivatio & expurgatio. Habet quoque uterus nervos à lumbis & oſſe ſacro, qui excipiunt quoſdam ramulos ſexti paris nervorum cerebralium: quo fit ut tanta ſit ejuſdem cum renibus, ſtomacho, pulmonibus, corde & cerebro præſertim poſtico ſympathia. Sunt etiam uteri ligamenta quatuor, duo quidem ſuperiora, de quorum origine & ſubſtantia jam dictum eſt, quæ in fundum uteri prope cornua inſeruntur: alia duo ſunt inferiora, rotunda, & ita rubentia, ut quidam putaverint eſſe muſculoſa, immo muſculos eſſe aſſeruerint, qui ejuſmodi ligamenta concomitantur, ut in virorum vaſis ſpermaticis muſculi cremaſteres aſſident, eoſque motui matricis inſervire voluerint, quorum opinioni lubenter ſubſcribo. Exiſtimo enim matricem his moveri & ſurſum trahi, aut ſaltem firmari & roborari, hiſque

impe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

impediri ne uterus relaxetur aut decidat, ut fieri ſolet, propter gravia onera, quæ multa ſæpius ſuſtinet, diuque continet, tum etiam propter ingentes conatus quos præſtat in fœtibus emittendis deorſum extrorſumque pellendis: denique propter clamores, labores & humores, qui à toto corpore huc defluunt, quique non tantum humectare, ſed etiam partem relaxare poſſunt. Oriuntur iſta ligamenta ab anteriore oſſium pubis parte, non tamen ab oſſibus ipſis vere, ſed tenuiter à membrana carnoſa ſeu potius adipoſa ipſa oſſa pubis mediate tangente & inveſtiente, & aſcendunt ad muſculorum abdominis aponeuroſes oſſium iliûm coſtis alligatas, & oſſibus pubis, penetrantque eo modo foris intro, quo vaſa ſpermatica præparantia intus foras, in viris deſcendunt in ſcrotum, & ejaculatoria aſcendunt ſupra os pubis, ut cavitatem ventris inſcendant, tandemque in corporis uteri fundum lateraliter inſerantur.

Quatuor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Quatuor partium uteri ſeu matricis compoſitarum exactior conſideratio.

CAP. II.

Supereſt ut de partibus uteri compoſitis,(quę quatuor ſunt) paulo accuratius quam antea de ſimplicibus dicamus, quarum prima omnino externa eſt, quæ quia pluribus ac diverſis admodũ partibus conſtat, ideo pluralitatis nomine donatur, pudendaque in neutro genere vel partes pudendæ appellantur. Appellatur quoque proprie hæc prima & externa pars vulua, quaſi vallis ſeu valua (quamvis totus uterus in ſuas quatuor partes dividuus vulva vocetur à Gal. * quia mediante rima ampliſſima in duas dividitur partes, dextram videlicet ac ſiniſtram, quæ clauduntur & aperiuntur, ut valuæ alicujus domus inſignis, & ab invicem, quando opus eſt, diſtrahuntur vel diducuntur aperiuntur

* *Lib. de diſſectione vulvæ.*

turve minimo negotio. Hanc partem à Gal. † cunnum vocari legimus duplici in loco forſan à cuneo * aut impreſſione ejuſdem & fiſſura quam effingere ſolet. Notandum eſt obiter particulariter & proprie vulvas appellari utramque partem, dextram & ſiniſtram clauſtri virginalis ſeu hymenis, aut productionis naturalis inferno fini ſinus pudoris appenſæ, quæ tunc apparent quando virgo deflorata fuit atque corrupta. Altera vero uteri pars ſinus pudoris eſt; tertia collum verum: & quarta corpus ipſius uteri appellatur. In quibus omnibus exponendis multa conſideranda veniunt: nam genitalium inſtrumentorum conſtructionem quivis admirabilem inveniet, inquit Gal. † de utriſque ſcribens, virorum nempe & mulierum, ſi eorum compoſitionem, magnitudinem, conformationem, & reliqua omnia diligenti animo perpendat, quæ partim in hoc libello primo, partim in ſequenti explicabuntur. Itaq; virginum & mulierum pudenda dicuntur illæ omnes partes quæ exterius circa orificiũ ſinus pudoris ſitæ ſunt, cui adhærent

aliæ,

† *Initio ejuſdem lib.* * *Vnde dicitur cunus.* † *Cap.3. de uſu part.*


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

aliæ, aliæ vero ſunt ab eodem ſatis longe diſſitæ, omnes tamen abſque ſectione conſpicuæ: ſed ut earum plures virginibus & corruptis ſunt communes & omnino ſimiles, ſic quoque ſunt aliæ quæ inter ſe tantum differunt, quantum integritas à corruptione diſtat. Etenim virginitatis ſuæ ſunt notæ, ſicut & corruptionis penitus contrariæ. In virginibus enim flos perelegans, in corruptis vero laceratus eſt, unde tales defloratæ vocantur, cujus tamen dicti floris foliola non deperduntur, immo, quamdiu vivit mulier, ſervantur, ab invicem tamen diſtincta & valvarum more diſpoſita in his omnibus quæ nondum peperere, aut parvos quamvis maturos fœtus in lucem emiſerunt. Sed in aliis quæ multos geſtarunt in utero fœtus, eoſque magnos & craſſos, aut his quibus uterus prolabitur, invertiturque ſinus pudoris, valvæ penitus delentur, remanentque tantum carunculæ myrtiloeides quatuor, quæ uſum habent utrumque obturandi proxime & immediate orificium ſinus pudoris atque impediendi aëris, pulveris leviorumque corporum ingreſſum in prædictum ſinum, de quibus ſuo loco dicetur. Par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tium prædictarum aliæ ſunt adeo externæ, ut oculis omnino ſubiiciantur, aliæ vero ſunt interiores, quæ non niſi externarum facta diductione patent: & rurſus earum plures utriſque, virginibus nempe & corruptis communes, paucæ vero particulares & propriæ, quam partium diviſionem in ſequenti tractatu perſequemur. Sed prius de utriſq; communibus, deinde de his quæ virginibus peculiares ſunt agemus, & tandem per corruptarum notas hunc primum libellum concludemus: atque iis apprime cognitis, nos noſtriq; ſucceſſores Chirurgi in poſterum tutius & facilius parentibus, judicibus, cæteriſque hominibus, quando opus erit, de virginum integritate, aut corruptione conquerentibus referemus, ſatisfaciemuſque. Ut ergo partes virginum atque mulierum ſingulas communes externas perſequamur, incipiemus ab his quæ magis patent, nullaque, ut id fiat, explicatione egent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22




Sunt autem pubes labra duo pudendi, magna rima quæ in medio eorum conſiſtit, & in ea Nympharum productio. *Pubes* eſt ea pars quæ ſita in anteriore oſſium vubis parte pilis tegitur in ætate provectis, & à linea tranſverſa ſupra ſpi-

nam dictorum oſſium pubis ſita, inguina intra ſe uſque ad colis radicem in viris comprehendit, & in mulieribus pudendi labra pertingit. Labra vero ſunt tanquam monticuli molles, oblongi, compoſiti ex ſubſtantia quę in toto corpore parem non habet: etenim ſunt cutanea, carnoſa quodammodo, glanduloſa, ſpongioſa, adipoſa & naturaliter calloſa (minus tamen hæc labra calloſa ſunt quam nates, hæ minus quam vola manus aut planta pedum, quia hæc inceſſui, vola manus apprehenſioni fere continuis & vehementioribus: nates vero tantum ſuſtentationi quæ ſedendo fit, & labra pudendorum compreſſioni quæ fit in coitu, rarioribus mitioribuſque dicata ſunt) contecta cute, pilis prædita, utriſque admodum tenuibus. Sita ſunt ad latera magnæ rimæ, atque oſſa pubi pertingunt, à quibus quaſi exorta uſque ad natium plicaturam & ultra anum verſus extenduntur. Rima vero magna, de qua ſupra mentionem fecimus, à regione ſynchondroſeos oſſium pubis fere media ſuperficiarie incipiens inter labra deorſum poſteriora verſus tendit, & in latum atque profundum ſemper aucta, tandem in limbo orificii

ſinus

ſinus pudoris poſtico terminatur, prope iſtum locum quod interfæmineum eſt, vel etiam interforamineum (ſic enim placet appellare) quod inter duo foramina inſignia ani videlicet & ſinus pudoris aut verius foſſæ (ſiquidem hæc exterior eſt) & medio dictæ rimæ extra labra apparent, & propendent duæ apophyſes partim carnoſæ, partim membranoſæ quas vulgo NYMPHAS appellant, quamvis Nympharum partes ſint tantum minimæ. Hæc ſunt quæ de partibus communibus externis ſummatim dicenda habebamus.



Sequuntur aliæ partes externæ communes, quæ ſine prædictarum diductione prius facta nullo modo patent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſed diſiunctis atque diductis ab invicem pudendi labris, loco unius quæ antea *rima* apparebat, tres ſeſe offerunt inſignes, quarum duæ ſunt collaterales & minores, dextra una, altera ſiniſtra, ſitu, figura, profunditate, longitudine & uſu omnino pares. Hæ autem inter prædicta labra & πτερύγια conſpiciuntur, quæ quidem initio ſui ſunt parum cavæ, atque ſuperius ſive anterius quam labra ipſa exoriuntur, nec non in progreſſu profundiores fiunt, non laborum tamen infernum finem attingunt: ſed in limbo orificii ſinus pudoris ſeu pronai ſive foſſæ terminantur poſtico, & omnium partium quæ in toto corpore ſunt cutim tenuiſſimam habent, exceptis oris prolabiis & Nymphis. *Tertia rima* (quæ eſt eadem cum prima initio commemorata) ut omnibus modis eſt cæteris duabus major, id eſt longior, profundior & latior, ſic in ea multo plura habentur, ut mox audies. Hujus ſitus eſt inter duo πτερύγια ſeu Nymphas, & ejus uſus ſicut & aliarum eſt, ut videlicet partes melius jungantur, claudantur aperianturque. Quæ autem in ipſa majori rima animadvertũtur quinque ſunt: Primum eſt, quod quo magis retror-

retrorſum vergit, eo magis fit profunda & lata, ita ut inferior poſteriorque finis tanquam in foſſam degeneret: alterum eſt Clitoris, cujus ſitus eſt in fine anteriore & ſuperiore dictæ rimæ; tertium eſt urinæ ductus, in cujus extremo eſt orificium colli veſicæ admodum breve, & in ejus ambitu prominentia quædam carnea, à qua orificium ipſum tegitur: quartum eſt orificium ſinus pudoris in medio prædictæ foſſæ locatum, quod in virginibus longe aliter quam in mulieribus compoſitum videtur: de quo dicetur poſtquam Nymphas & Clitorida explicuerimus: quintum eſt foſſa prædicta ſatis cava, & utcumque lata, quæ & pronaum poteſt appellari, quod ſitum ſit ante pudoris ſinum, qui naviculæ figuram & uſum præ ſe fert, in quo agri naturæ cultori ſpatiari licet præcipue ante congreſſus primos cum anguſtioribus, donec ad ſinum pateat aditus.

De

De Nymphis duabus in pudendo muliebri ſitis, earumque nomenclatura & uſu.

CAP. III.

NYmphæ πτερύγια Græcis, alæ Latinis vocantur, à nobis perpetuo pro iiſdem particulis ſumuntur; quæ duplices ſunt, videlicet utrinque una, mollis, ſpongioſa, triangularis, angulis inæqualibus prædita, duobus nimirum acutioribus, antico uno, poſtico altero, & tertio inferne producto extra labra pudendi obtuſiore, ut mox dicetur. Sunt etiam qui ex valvis à Joberto * & nobis dictis Nymphas conſtituere volunt. Galeni authoritate fulti in introductorio, ut ajunt, quem male, ni fallor, interpretantur. Galenus enim eodem in loco Nymphas Ægyptios exſcindere conſueviſſe ſcribit, & tamen non ſunt valvę quæ exſcinduntur: quare ad vitandam rerum & verbo-

rum

* *lib.5.errorum popularium cap.4.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

rum confuſionem Nymphas à valvis diſtinguemus, quamvis Nymphæ valvarum figuram ementiantur, & uſum ſimilem habeant, præterquam quod valvæ proprie dictæ, & carunculæ myrtiloides ſunt multo minores Nymphis, ſinuique pudoris tantum, idque proxime & immediate, ut carnea productio collo veſicæ inſerviunt & appenduntur: Nymphæ vero non ſic, ſed utrumque muniunt orificium mediate, ut mox audies. Nymphæ ſunt multo majores quā primo intuitu apparent. Incipiunt enim paruæ & fere junctæ, dextra videlicet & ſiniſtra à limbo ligamentoſo cutis quæ eſt in poſtica parte orificii ſinus pudoris, ubi primus habetur angulus, & in magna rima inter utrumque labrum deliteſcentes aſcendunt, & ubique fere ſeſe tangentes protenduntur uſque ad oſſium pubis ſynchondroſeos infernum finem, & ibi alterum angulum efficiunt atque eminentiam carneam producunt, quę cum altera tranſverſa paulo inferiore tanquam præputium efformant, quo Clitorida Balano haud diſſimilem contegunt, & tandem unitæ ſupra Clitorida, levi prominentia quaſi linea aſcendunt ad rimæ maximæ principium. Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

terea ab eorum medio fiunt productiones extra labrorum oras,ſed non multum propendentes, quæ ſubſtantia, figura & colore criſtam galli gallinacei inferiorem, & ſub gutture ejus domeſticæ avis poſitam referunt,in cujus extremo tertius angulus antea commemoratus ineſt. Quæ mediæ productiones nympharum aliquando in tantam longitudinem (inquit Paulus Ægineta †) præter naturam excreſcunt & augentur inter labra virginum aut mulierum pudendorum, ut exciſione ſit opus ad impedimentum & dedecus quod his partibus adferunt,tollendum.Frequentius autem apud Ægyptios quam apud nos aut cæteras nationes id vitii genus mulieribus accidit, ſed aliquando uno in latere tantum, rarius in utroque, ut rarius virginibus quam mulieribus accidere ſolet, adeo, inquam, familiaris eſt hic affectus Ægyptiis mulieribus, ut Bronchocele Alpium incolis, longitudo capitis Lutetianis, necnon Indiis occidentalibus & in Chinæ regno habitantibus narium ſimitas. * Quantum autem ad cauſas auctæ magnitudinis prædicta-

† *Lib.6.cap.70.* * *In hiſtoria Chinæ parte ſecun. lib.2. cap.6.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

dictarum caruncularum attinet, poſſunt eſſe generales, ut fluxio & congeſtio, aut ſpeciales, externæ, ut caſus aut tractio digitis facta; antecedentes & conjunctæ ab humoribus, de quibus in prę ſentiarum non plura dicemus, cum potius partium hiſtoriam quam morborum curationem perſequamur. Hæ vero particulæ, quas Nymphas vocavimus, potius tunica (quemadmodum etiam oris prolabia & cæterę ejus partes,) quã cute vera tectæ videntur: quarum uſus eſt (inquit Galenus †) talis mulierum pudendis, qualis præputio peni virorũ & uvulæ ori. Iſtæ enim impediunt ne levia corpora, ut pulvis, aut aër frigidus ſinum pudoris aut veſicam ejuſque collum ingrediantur, & urinam tanquam inter duos parietes deducunt è rimæ maximę fundo acceptam, ſeu fine inferno colli veſicæ eductam, tanquam è tubulo fontis aut ſcaturigine in oblongũ ſpatium utrinque compreſſum, effuſam, unde late & cum ſibilo abſque labrorum pudendi irrigatione foras proſilire conſpicitur. Sed quare dictæ particulæ Nymphæ appellentur, non ſatis conſtat, attamen quia Nymphæ idem quod ſpon-

† *Gal. lib. de diſſect. vulvæ initio.*


ſponſæ ſignificant, dicemus Nymphas hic merito ſic vocari; quoniam hæ ſunt primæ quæ ſponſum admittunt in opere peragendo, propter quod ſponſalia fiunt, quæ nihil aliud ſunt quam futurarum nuptiarum ſancta repromiſſio, & nuptiarum cauſa finalis liberorum procreatio: vel nymphæ quaſi lympharum numina dicuntur mutato unico elemento, quia hæc aquis & fontibus præſunt: ſic carunculæ quamdoquidem meatui urinario, ſinuique pudoris, ejuſque orificio, è quibus tanquam è fontibus aquæ & humores ſæpe proſiliunt, adſtant, magno harum partium & ductuum commodo, ut dictum eſt, ideo jure merito nympharum nomina ſortitæ ſunt. Adde quod ſi latius ſumatur nomen nympharum, videlicet pro montium præſidibus, & arborum diis aut deabus, in pudendis mulierum atque partibus genitalibus earum aliquid ſimile ineſſe, nemo eſt qui ignoret, ſi oſſium pubis, partium ſuperpoſitarum & adjacentium, quaſi promontoria & colliculos, nec nō pilorum multitudinem ſpectet, matriciſque conſtructionem, munus & officium atque arboris cujuſdam floridæ fructiferæque natu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

naturam animadvertat, his nympharum nomen maxime conveniet. Et præterea has carunculas tanquam deas tutelares, aſtites, propitias & vindices experietur, quod ſanitatis & lætitiæ partium ejus loci omnium, ſicut & earumdem doloris & mœſtitiæ ſunt ſemper participes, judices & conſortes. Ergo perpetuo vocentur nymphæ, nec pro nymphis ſumantur quatuor iſtæ carunculæ, quæ clauſtrum virginale cum quatuor menbranis carneis conſtituunt in virginibus, quæque in defloratis degenerant in valvas duas in extremo ſerratas, dextram & ſiniſtram, & in his mulieribus quæ plures emiſerunt fœtus, aut quibus ſinus pudoris deſcendit cum utero & invertitur, pendetque veretri modo inter earum femora, aut denique quibus ſinus orificium valde dilatatum eſt, degenerarunt penitus in quatuor carunculas myrti baccas referentes. Nunquam etiam nymphæ labra appellentur: ſunt enim hæ diverſæ & apprime diſtinctæ partes, ut oſtenſum eſt ſupra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

De Clitoride ſeu tentigine ſeu Veneris œſtro & dulcedine amoris, atque de caruncula quæ in extremitate collivesicæ conſpicitur.



CAP. IV.

NUnc ratio expoſtulat, ut quid ſit Clitoris, ſeu tentigo, de qua ſic ſcripſit Juvenalis : * *Clauſit adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ*, ſeu Veneris œſtrum, expona-

* *Satyra 6.*

ponamus. Sed antequam hoc fiat, oportet primum rem paulo altius repetere: In mulieribus igitur quemadmodum in viris duo ſunt ligamenta foris rotunda, dura & craſſa, intus vero cava, unde nervi cavi appellantur, ſpongioſa & vaſorum multitudine intertextorum plena, quæ oriuntur à ſymphyſi ſine medio facta inferne & utrinque inter oſſa pubis & Iſchii, & à loco vicino qui eſt inter dictam ſymphyſin & Iſchii tuber, à quo muſculi quoque duo, penis utrinque unus ducunt originem, quem cum opus eſt, erectum tenent prædictaque ligamenta concomitantes aſcendunt verſus ſynchondroſin oſſiũ pubis, in cujus infima parte coëunt efformantque corpus pudendi ſeu virgæ virilis, quę horum oſſium perioſtio & ligamentis per membranas alligatur, accepto tamen & ſibi aſcito prius veſicæ colli fine inferno & urethræ principio. Muſculi quoque penis duo ſunt, alii à levatore ani exorti, & meatui urinario ſubſtracti, quę deſinunt in pene pluſquam medio, prædictumque ejus meatum exprimunt, quemadmodum duo alii ſæpe commemorati ejus corpus firmant. Notandum eſt prædicta ligamenta caver-

noſa

noſa inter ſe non ita perfecte uniri, quin latus unum penis ab altero linea quadam media alba poſſit, intus præſertim, diſtingui: unde ſi virga ſecetur per tranſverſum, tria notatu digna apparent, duo videlicet corpora ſpongioſa in medio nigra & ſanguine plena, linea prædicta alba ab invicem diſtincta, & tertium his ſubſtat urethra. Hi muſculi hoc in loco nervos etiam admittunt inſignes productos ab oſſe ſacro, & inter ſe miſtos, cum quibus venæ & arteriæ ab hypogaſtriis ſecundum colli veſicæ ductum feruntur ad mentulæ latera ejus dorſum verſus, deinde per totum ejus corpus ut aliæ venæ & arteriæ per cutim à pudendis delapſæ diſperguntur. Nolo hic immorari diutius, & glandis quæ in extremo penis eſt ſita, longam narrare hiſtoriam, quæque ut ipſe, ſubſtantiam ſpongioſam habet, paulo tamen ſolidiorem intus: glandi etenim toti nulla cutis adhæret, ſed membrana ſolum proxime ipſam inveſtit, mediate vero à penis cute producta atque reflexa ejuſdem fit involucrum ſeu tegumentũ, quod præputium nuncupatur, & ligamentum ejus ex nervorum extremitatibus inferne ſitum conficitur, quod frænum ſeu filum vocant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

vocant. Multas pudendi virilis proprietates, actiones & uſus, ut ea quæ de erectione, motu, extenſione, robore, & optima compoſitione, ſeu conformatione, dici poſſunt, prudens omitto, cum ea ſint præter inſtitutum, quare ad Clitorida revertamur. Diximus igitur mulieres ut viros habere ligamenta cavernoſa ſeu ſpongioſa venis, arteriis, nervis & muſculis congeneribus prædita, initio diſtincta, ſed quæ aliquantulum progreſſa, nempe in ſynchondroſi ima conjunguntur, corpuſq; penis efficiunt unum, ſatis durum & ſolidum, quod membranoſis tantum ligamentis oſſium pubis diviſioni, eorumque ligamentis & perioſtio alligatur, à quo loco apparere incipit, & tanquam tegi præputio videtur, quum antea ligamenta iſta cum cæteris muſculis nempe & vaſis ſub nymphis latitarent, nec niſi firmiter appreſſis digitis duobus indice & medio perciperentur, donec tanquam in balanum degenerarint. Quæ cum ita ſe habeant, animadvertimus Clitorida mulierum à mentula virorum quidem differre longitudine, meatus communis urinæ & ſpermati, & muſculorum unius paris defectu: ſed cum ea convenire ſitu,
ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſubſtantia, vaſorum illuc ſanguinem & ſpiritus deferentium copia, tenſione ſeu erectione, titillatione vero prævalere maxime in iis quæ raro Venerem exercent, eandemque appetunt. Quare mirum non eſt ſi authorum quidam Neotericorum hanc mulierum particulam (Columbus * præcipue) œſtrum Veneris & dulcedinem amoris appellaverint: ſiquidem viſæ ſunt earum quædam, quibus cum blande tractaretur iſta productio, ſemen ocyſſime emiſiſſe. Hæc enim eſt pars qua mulieres parum prudentes, libidinoſæ, & pluſquam brutali impetu percitæ invicem abutuntur in confricationibus, unde confricatrices appellantur: non autem nymphis eas mutuo intromittendo in ſinum pudoris, ut nonnulli ſomniarunt, quoniam Nympharum corpus eſt quovis fatuo pene ad id præſtandum ineptius, multoque minus propter mollitiem attritioni aut titillationi convenit. Carunculæ vero in extremitate ductus urinæ ſitæ unicus habetur uſus nobis explicandus: hæc nimirum data eſt à natura ad præpediendum aërem externum ne ingrediatur capacitatem veſicæ poſt emiſſum

lotium


* *lib.* II. *rei anato.*

lotium per collum breve & latum : ejus tamen pars quæ ad foſſam tendit, carunculæ vicem gerit, clauſtrumque virginale & ejus membranas roborat. Hic igitur partium pudendorum virginibus atque corruptis communium enarrationi finem imponimus, & ad peculiarium notas feſtinamus.

De orificio ſinus pudoris virginum atque corruptarum.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

CAP. V.

SEquitur orificium ſinus pudoris explicandum; quod tanquã in pronao ſeu foſſa ſedem habet (ut diximus) quodque omnino differt in virginibus ab orificio ſinus mulierum: ſiquidem in virginibus tale eſt penitus quale à natura efformatur. Sed mulierum ſinus orificium tale ſemper conſpicitur in poſterum, quale relinquitur poſt compreſſionem, deflorationem & corruptionem per coitum cum viris absque videlicet dilatatum & lacerum, abſque ulla ſpe recuperandæ unquam integritatis priſtinæ; ſed potius cum certitudine majoris dilatationis & apertionis futurę, præſertim ſi iterum comprimantur, fœtuſque edantur, niſi Rhagades, dura & magna cicatrix aut ſcirrhus (ut aliquando per morbum fit) in ambitu dicti orificii ſupervenerint, à quibus quidem anguſtius redditur. Hos affectus in pluribus nos vidimus mulierculis, quas ob id mariti ſubire amplius nunquam potuerunt. Prædictum ergo virginum ſinus pudoris orificium eſt in ejuſdem pendulæ præductionis extremi-

tate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tate ſitum, quam circularis quædam cavitas ſita in ambitu radicis ejuſdem cingit, & hæc productio partim carnoſæ, partim membranoſæ eſt ſubſtantiæ, eidem ſinui, ſuis corpore & cavitate multo anguſtioribus continuæ, figuræ rotundæ, in extremo acutiori, unico foramine præditæ, & latitudine ad ſummum unius medii tranſverſi digiti longæ, quæ idcirco extra nympharum multoque minus labrorum pudendi oras, quibus undique circumſepta eſt, nunquam apparet, ſed in medio foſſæ ſupra commemoratæ ſemper abſcondita manet. Tantum abeſt igitur ut nymphæ vocari debeant ejus productionis laceræ partes quæ in valvas aut caruunculas degenerarunt: quum iſtæ nunquam excreſcant, ut nymphæ aliquando ſolent, aut producantur in mulieribus, ut contra potius ſemper imminuantur, & ſinum verſus reducantur. Iſta productio multis nominibus donatur, vocatur enim flos virginum, hymen quaſi limen addito elemento (l) bucton, germen floris, nonnullis Columna & clauſtrum virginale appellatur, quod quidem in ingreſſu tranſverſim ſitum eſſe veteres quidam male exiſtimaverunt. Quæ particula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ticula componitur ex quatuor caruncu-lis myrti baccas referentibus, quæ ſitæ ſunt tanquam in quatuor angulis dicti ſinus, in ſingulis videlicet ſingulę, membranoſæ & rugoſæ illius vaginæ ſinus pudoris fœminarum, in quam virilis inditur penis dum copulantur cum maribus, & venereis utuntur amplexibus. Quas quatuor carunculas connectunt ſive ligant inter ſe quatuor membranæ carnoſæ, ſitæ ſingulæ in ſingulis interſtitiis caruncularum, quibuſcum fere æqualiter protenduntur. Itaq; dicta productio ex quatuor carunculis & totidē membranis facta & in conum truncatum finita, admodum ſimilis fit germini, ſeu capiti, ſeu (ut barbaro hoc utar vocabulo) bucto roſæ, Gallice *bouton de roſe*, florum pulcherrimæ ſemiexpanſo, ſive longitudinem, ſive craſſitiem, paulo tamen minores, aut rotunditatem inſpexeris, adæquatis prius, id eſt, ſectis vel penitus ſublatis quinque fratribus foliaceis dicti germinis ſeu bucti capulam conſtituentibus, de quibus quidam poëta ſic ſcripſit in Epigrammatis.

Vere novo varias educit Dædala flores
Nec roſeo eſt terris ullus amabilior,

Hic

Hic croceos ſuperat quos Thmoli collis odores,
Et tener è terra divite mittit Arabs.
Inde ſibi roſeis circundare pulchra corollis
Tēpora, nec voluit ſacra carere Venus.
Quin etiam vates dicunt (ſi credere fas eſt)
Auroræ irriguis atria plena roſis.
Nec mirum ſi grata diis, quum diva colore
Se imbuat, ut ſuperis gratior ipſa foret.
Huic niveos inter flores largitus honorem
Præcipuum eſt, mundi qui regit arte domum:
Ac rem ne ſacram violarent ora ferarum,
Cuſtodire ſuum juſſit utrumque latus
Fratres: ſunt ex quinque duo cum crine decoro,
Tot quibus eſt pilis arida cæſaries.
Vltimus at vere cuſtos, rigiduſque ſatelles
Marte comæ partem perdidit horribili:
Ergo naturæ miracula cernere fas eſt,
Quinque roſæ fratres cum ſtatuunt capulam.

Quæ cauſa eſt cur eadem productio flos virgineus à nobis vocetur, qui cum integer eſt, quia virginitatis notam univocam & omnibus certiſſimam præbet, idem ſolus illæſam ſignificat, & alium hymenem præter ipſum quærere, vanū eſt, quicquid fictum ſcriptumve ſit ab iis qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

qui nos præceſſerunt. Sed notandum eſt in quibuſdam virginibus carunculas & membranas eas conjungentes, atque productionem quam efficiunt eſſe nunc breviores, nunc longiores, craſſiores aut tenuiores quam in aliis, ſicut & orificium, quod eſt in ejus extremo, in quibuſdam eſt latius, & in aliis anguſtius: unde minor aut major in primo concubitu difficultas: Hæcque productio recte à Galeno membrana præputio ſimilis vocatur, eſt enim producta & in extremo perforata, ut præputium, ſed eſt paulo carnoſior & mollior præputio. Quod ſi prædictus flos vim & violentiam ab impetu mentulæ & compreſſione paſſus fuerit, nec tamen facta eſt ejuſdem in orificium & ſinum pudoris intromiſſio, membranæ tantum lacerari incipiunt, nec productionis formam amittunt, quia carunculis adhuc cohærent. Prima autem membrana quæ vim patitur eſt antica colli veſicæ monticulo inhærens, deinde poſtica, quibus laceratis effinguntur duæ valuæ, dextra una, ſiniſtra altera cohærentibus adhuc ejuſdem lateris carunculis duabus mediante ſalva interjecta utrinque membrana, poſtremo collaterales, quæ ſæpius ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

primum partum uſq ue integræ ſervantur; præſertim ubi maſculorum virgæ ſunt mediocres, & virginum carunculæ breves & craſſæ, atque orificium ſinus pudoris illarum latius quam in cæteris exiſtit. Contra vero duæ collaterales aliquando lacerantur primæ in deflorationibus ſeu conſtuprationibus virginum, quando videlicet carunculę poſteriores ſunt ſolito viciniores, & anteriores duæ valde conjunctæ cum monticulo collo veſicæ innato. Quod ſi mentula craſſa ſit, nec orificium ſolum, ſed & ſinum ſubierit, pervaſeritque ad ejus fundum, tunc membranæ inter carunculas poſitæ prius commemoratæ ad ſui radicem & antea deſcriptam circularem lineam per medium corporis, aut qua parte alteri caruncularum alligantur penitus rumpuntur, lacerantur, atque in ſeipſas contrahuntur: & cum vicinis partibus, id eſt carunculis quibus adhærent, uniuntur ita perfecte, ut deletas omnino eſſe judicares, maxime cũ fœtus emiſerunt perfectos, ut videre eſt in pluribus quibus cũ parvuli erant, aut grandiuſculi pueri, membranoſum ſub lingua ligamentum, filum vocant, exſectũ eſt, in quibus nullum poſtmodum ſecti

liga-

ligamenti veſtigiũ remanet. Quæ membranæ cum lacerantur fit dolor major quidem in junioribus quæ deflorantur propter partium ſiccitatem, ſed in his minus ſanguis effluit propter vaſorum exiguitatem. In natu vero grandioribus, & iis præcipue quibus menſes fluere ſolent, contra minor fit dolor propter hymenis humiditatem & laxitatẽ; plus ſanguinis tamen effunditur propter ampliora vaſa, & ſanguinem fluentem & fluere paratum. In quibus omnibus carunculæ quatuor prædictæ quamdiu vivunt, etiamſi plures, triginta ſi velis, fœtus in utero habuerint, geſtaverint, maturoſque ediderint, ſervantur ad interitum uſque. Quæ quidem carunculæ, aut quæ ex his & membranis fiunt valvæ; quamvis propter lacerationem membranarum & frequentem atque cum impetu factam à viris compreſſionem reflectantur ſurſum ad ſinus muliebris orificium multo quam antea latius factum: uſu tamen non deſtituuntur, ſed valde neceſſarium habent, præſtantque. Proxime ſiquidem obturant iſtud orificium impediuntque, ut dictum eſt ſæpe, ne aër frigidus, aut pulvis, aut corpuſculum aliquod externum ſinum ingre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

diatur, ut nymphæ ſecundo loco & labra pudendi atque ligamentum cutaneum ſi ſuperſit tertio & exteriori id munus obeunt, quemadmodum oris etiam labra ſi ab externis numerare incipias primo, lingua ſecundo, tertio uvula, & quarto loco glottis laryngis impediunt eadem ne intro ferantur in Tracheiam arteriam involuntarie aut in Oeſophagum. Quum igitur carunculas iſtas in mulieribus etiã ſenio confectis intueri liceat abſque ſectione ulla, ſed partium pudendarum exteriorum digitis tantum in utrumque latus facta diſtractione; cumque veſtigia ſicut & in omnibus corruptis clauſtri virginalis & hymenis laceri & dirupti lippis & tonſoribus manifeſta ſint, mirum eſt quomodo de virginitatis notis dubitaverunt plures, dubitantque adhuc, nec parthenicorum conſtructionem, poſitum, & figuram, nec eorundem rimas poſt corruptionem animadverterunt viri ſagaces, quum fabricæ corporis humani diligentiſſimi perquiſitores fuerint. *Falſa enim alii de virginitate & hymene decantarunt, alii fatua protulerunt, ſcripſeruntque,* exiſtimantes illum eſſe membranam tranſverſim ſitam nunc in extremitate

infer-

inferna ſinus pudoris, nunc in medio cavitatis ejuſdem ſinus, eamque alii cribri modo eſſe perforatam, & per ea foramina urinam emitti tanquam per tubulos plures aut cribri foramina, ſicque integram virginitatem judicabant. Alii verò in medio unicum eſſe foramen dicere maluerunt: ad quam membranam venæ feruntur & arteriæ, quæ in primis coitibus ſeu conatibus venereis diſrumpuntur, unde ſanguinis effluxus in omnibus fieri debere contendunt. Alii nullas eſſe membranas, ſed latera ſinus uteri dextrum & ſiniſtrum, vel potius interiorem partem ejus cum poſteriori adhæreſcere dicunt, ita ut in diſtentione quæ à ſubeunte fit pene vaſa aperiantur aut lacerentur quædam, unde ſanguis emanare ſolet. Sed iſta omnia vana ſunt, non enim hymenē membranam unam, ſed quatuor eſſe aſſerimus, non eandem eſſe tranſverſam, ſed omnes rectas ab inferno fine ſinus pudoris deorſum tendentes, non quatuor eſſe tantum membranas hymenē ipſum conſtituentes, ſed & quatuor carunculas quoque concurrere ad virginale clauſtrum & florem puellarum componendum. Qui flos ſeu clauſtrum virginale,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

nale, aut buҫton ſeu columna nonnullorum non plura habet foramina parva, ſed unicum tantum ſatis inſigne, illudque non eſt in extremitate ſinus, ſed eſt in extremitate clauſtri, ſeu productionis ſinui appenſæ. Præterea ſanguis qui exit in defloratione, corruptione, aut conſtupratione virginum non à vaſis tantum ruptis & apertis inſignioribus procedit, ſed à membranis carneis laceratis & à carunculis diductis & attritis. Uteri ſinus quem male collum vocari à quibuſdam diximus, latera, ſeu interior & poſterior pars non juncta ſunt, ſed ſemper diſtincta, ineſtque cavitas inſignis etiam in recens natis, per quam humores ab utero virginum præſertim grandiorum & ſanguis menſtruus foras expurgantur. Operæprecium eſt quoque audire aut legere quorundam ſcripta qui virginem non corruptam eſſe dicunt, ſi filum ei ab extremo naſo ad coronalis ſuturæ medium & finem ſagittalis, per glabellum & frontem mediam extenſum, collum ejuſdem puellæ intra ſe comprehendere poſſit.

Com-

Comparatur clauſtrum virginale ocello gariophilato & lilio, ut ſupra germini roſæ:

CAP. VI.

QUod ſi quis animo complecti & mente concipere non poſſit, quo modo virginum integritas earumque defloratio dignoſcatur, & quærat quam ob cauſam vulgo utamur hoc vocabulo vel nomine(deflorationis) nec ſimilitudine adducta germinis ſeu bucti roſæ ſemiexpanſi in utriuſque cognitionem devenire potuerit, facile intelliget ſi vetonicam altilem hortenſem majorem ſeu ocellum gariophilatum non ſemifloridum, ſed florem omnino explicitum habentẽ ſibi proponat, cujus ſimilitudo valde convenit cum virginis partibus ejus integritatem ſignificantibus. In vetonicæ enim gariophilatæ ſeu ocelli gariophilos redolentis floris figura duo conſideranda veniunt: Primũ folia in gyrum diſpoſita (quæ pampæ

barbaris & olitoribus vocantur) quorum à germine pediculi virentibus capulis circunſepti, & tanquam in una cauda ſunt conjuncti; de quibus poſtea plura dicentur: alterum eſt cavitas, oculorum cavitati ſimilis, unde denominationem aſſumpſit, in cujus medio ejuſdem floris foliola & ſtamina, ut & in oculi cavitate ſita ſunt cilia, ſic in virgine ſunt partes externæ pudendæ videlicet, labra, nymphæ & earum particulæ tanquam plura folia majora (quibus foliorum verbis utuntur etiam nebulones in ſuis lenociniis, fœdis colloquiis & locutionibus) & eſt productio ſeu clauſtrum virginale in foſſæ ſeu pronai medio poſitum, quod ocelli floris folia minora refert. Sed floris nomen quia multifariam ſumitur, explicare primum oportet latius, ſeu improprie nimirum & ſtrictius, ſeu proprie: latius pro omni re quæ cæteras bonitate, pulchritudine aut dignitate antecellit, aut pro omni re quæ ſana minimeque corrupta eſt, in quibus quidem modis virginitas ipſa virginitatiſq; notæ accipi poſſunt. Quid enim inter homines laudabilius, pulchrius aut dignius pudica & honeſta virgine? Contra vero quid corrupta (etiam

præ-

præclaris corporis & animi dotibus prę-
dita) turpius, abjectius aut vilius haberi aut excogitari poteſt? Nihil profecto magis horrendum etiam parentibus laſciva, nihil propinquis deteſtandum magis contaminata puella: nam de ea nullus bene ſperare in poſterum audebit, omnes verò contemnere & irridere non verebuntur. Late etiam & improprie adhuc nomen floris ſumitur pro quadam tenuiſſima ſubſtantia farinæ volatili ſimillima, quæ caulibus, præcipue nudis herbarum & ſtirpium omniũ, atque fructibus maturis & intactis inſidet, quæ ſpectantibus jucunditatẽ præbet, & integritatem ſignificat: hoc etiam modo flos virginibus convenit, & operæpretium eſt intactam virginem videre, & cum ea verſari. Quid enim modeſtius, quid venuſtius, quid denique ſuavius virgineis ſermonibus? Stricte autem & proprie ſumitur floris nomen pro plantarum omnium præcipue herbarum pulcherrima parte, quæ tunc producitur, panditur & apparet, cum plantæ ad ſuum vigorẽ & ſtatum pervenerunt, quod nomen hæc pars retinet, floſque nuncupatur, qui non tantum ſeminis futuri ſpem inducit ſpectantibus: ſed e-

tiam ejuſdem figurarum atque colorum varietas oblectat, necnon facultas multiplex, quibus differentiis diſtinguuntur genera & ſpecies, mares à fæmellis, noſtrates ab exoticis, & hortenſes ab incultis. Et quemadmodum nil pulchrius aut ſuavius flore, fructu aut ſemine in plantis legitur: ſic in virginum corporibus nihil integritate, hymene & ejus flore præſertim illæſis & intactis præſtantius habetur aut deſideratur: hoc enim prudentiam, caſtitatem & optimos animi mores ſignificat. Quuum igitur floret ocellus gariophilatus, ejuſque floris foliola explicita ſunt atque ordine ſimplici, duplici vel triplici in gyrum diſpoſita in medio ſui cavitatem efficiunt ſuperficiariam, ſimillimam cavitati faciei hominum adhuc viventium quę circa oculos conſpicitur, quæque Græcis γλένη appellatur, unde flos iſte nomen accepit ocelli. Circa autem radices ſive pediculos ejus dum viget, remanet ſemper capula. Quod ſi ejus ocelli vel ſenio vel nimia humiditate & vi aliqua proprie dicta capula laceretur, pediculoſq; amplius foliorum floris retinere non valeat, ita ut iſta huc & illuc ferantur: tunc pulchritudo quę in ſitu dictorum folio-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

rum & ſingulorum conſtructione erat poſita, amittitur, floremque ruptum atque crepatum deturpatumque eſſe dicimus, nec amplius præ manibus habere cupimus, ſed projicimus : ſic etiam virginum clauſtris & hymenis, aut floris nuncupati membranis laceratis carunculæ retrahuntur ab invicem & diducuntur, tuncque virgines deturpantur, deflorantur, & male audiunt, ac proinde è conſortio aliarum virginum (niſi nupſerint) ejiciuntur. Quæ defloratio ſeu pendulę productionis dilaceratio ab illata vi & violentia à Chirurgis animadvertitur, judicaturque facile maxime ab iis qui mediocriter verſati ſunt in hyſterotomia. Præterea virginitatē florem nuncupari, aut ſaltem flori comparari debere, maxime lilii, dicebat vir doctus Renatus Beroaldus, ſummus œconomicus, plantarum ſtudioſiſſimus, mihique amiciſſimus. Nam lilii flos ſuo niveo candore humilitatem & benignitatem ſignificat, viſum oblectat, animū exhilarat atque reficit ſi tantummodo reſpiciatur. At vero ſi tangatur atque manibus pedibuſq; teratur, fœtet, nauſeamque parit : ſic puellæ quamdiu virgines ſunt & prudentes, ſemper aliquid
beni-
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

benigni & propemodum divini præ ſe ferunt & ſpirant: At vero illæ frequentiore virorum conſuetudine ſi utantur, plurimum gratiæ & venuſtatis deponunt. Quod ſi earum virginitas tangatur, integritaſque lædatur, ita ut de his aliquid detrahatur, ſingulorum aures & nares inde offenduntur, & præ corruptionis fœtore torpeſcunt atque inficiuntur. Hujuſmodi autem mulieres ex virginibus factæ quemlibet in poſterum admittere abſque dolore poſſunt, quem antequam clauſtrum virginale diſrumperetur, non niſi cum labore & dolore tolerabant. Certiſſimum enim eſt omnes virgines, quamvis ætatẽ nubilem attigerint, coitumque exoptaverint, primos congreſſus habere difficiles: & dolores pati alias aliis majores, propter membranarum lacerationem, atque ſinus & ejus orificii anguſtorum neceſſariam dilatationem, quæ fiunt in primis conflictibus venereis, niſi menſtrua eo temporis momento fluant, duobuſque, tribus quatuorve diebus ante fluxerint. In his enim nulla eſt fere penis intromittendi viris & admittendi virginibus difficultas, propter partium præhumidarum relaxationem atque lu-

brici-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

bricitatem, ita ut membranæ carnoſæ carunculis interpoſitę minimo cum negotio, & nullo fere dolore dilatentur, cedantque ſubeunti mentulæ potius quam lacerentur. Unde quidam nuptarum ſuarum alioquin caſtiſſimarũ puellarum ſuſpectam habuerunt virginitatem, ad cujus contextus probationem, *hiſtorias* hîc *duas* vere comicas ſubjungere atque conſcribere placet, quarum prima talis eſt. Nobilis quidam Juriſperitiſſimus domiſellam ſexdecim annos natam virginem caſtiſſimam in uxorem duxerat, quæ nuptiarum tempore & die menſes patiebatur, paſſaque fuerat tribus ante, ut poſtea duobus adhuc diebus continuis ei fluxerunt. Is autem fluoris ignarus, cum præ cupiditate æſtuaret libidinis ſatiandæ & nuptam arderet, veſpere facto, quam primum in thoro cum ea dormiturus decubuit. Verum ſopori minus quam Veneri uterque addictus, ſtatim ſuam nobilis aggreſſus eſt, quam primo inſultu & vix ſalutato hymene compreſſit, ſubiitque facile, hinc maritus triſtis effectus, ſuſpectam uxoris alioquin pudicæ habuit caſtitatem. Mane autem ſummo venit ſocrus genero dicens ſe admodum ægre tulíſ-

tuliſſe tota nocte quod ſuperiori die nõ eum monuerit, ſuæ filiæ ante tres dies menſtrua abunde fluxiſſe, fluereque adhuc. Quod cum ſit, dixit illa, abſtinere viros ab hujuſmodi virginum & mulierum conſortio toto purgationis tempore, ut honeſtum, ſic iiſdem uti ſordidum, atque legibus divinis, naturalibus & humanis vetitum atque prohibitum eſt, propter multa quæ inde ſequuntur incommoda. Quare mi fili, inquit illa, quum filia mea, nunc, ut opinor, tua uxor nondum munda ſit, & plane purgata, ſi mihi credas, ſolus ad aliquot dies dormies, aut ſaltem ab ea abſtinebis. Quibus verbis libenter annuit recenter uxoratus, diſſimulans etiamſi mœrore & triſtitia eſſet confectus propter multas concurrentes opiniones quæ illius animum exangebant, agitabantque. Modo enim de relinquenda uxore tacitus cogitabat, modo de lite movenda apud ſummos judices pro diſſolutione matrimonii, facilius ſua opinione & judicio conſummati, exiſtimans fortaſſe tantis deliciis nephas eſſe abſque labore frui: ut poëta comicus ait, ſicque perplexus quaſdam probationes vel nugas potius inveſtigare conten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

contendebat, quibus idipſum exequi poſſet, infinita denique alia deliramenta quæ occurrebant, in utramque partem apud ſe diſſerebat. In his autem dum verſaretur dubius, tres elapſi ſunt dies & totidem noctes abſque conſolatione ulla, etiamſi rem totam negotiumque ſuum aperuiſſet integre medico phyſico amico ſuo qui (ni fallor) medicus aliquam corporis libentius, quam tanti affectus animi curationem ſuſcepiſſet. Interea purgatio domiſellæ abſolvitur, ipſaque nullius culpæ ſibi conſcia, & tantæ mariti mœſtitiæ ignara lætatur, ſperatque brevi tempore bene ſibi futurum, & proinde fotum ad munditiem pro more parandum ſibi curat atque admovet. His peractis elapſiſque ſtatis diebus ſocrus prudentiſſima generum monuit ei licitum eſſe quando vellet cùm uxore dormire, & tuto proli indulgere; jacuerunt unà, ſed perperam prima ac altera nocte rem habere conati ſunt, unde utriq; conjugi gravius quam antea malum accidit. Sed tertio die tandem voti compotes facti; lætati ſunt, quiete & amice in hunc uſque diem vixerunt, prolemque habuerunt fœcundiſſimam. Quamobrem nobilis Iuriſperitiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

peritiſſimus, ejuſque amici quidam mirabantur, quibus ipſe veram & integram hiſtoriam ſæpe, ſerio & jucunde narrare ſolebat. *Altera hiſtoria eſt*, mercatoris cujuſdam nomine Bigami à nobis vocati, quia pro ſecunda vice matrimonium contraxerat cum virgine euſarca ejus vicina, duos & viginti annos nata. Horum autem nuptiæ factæ ſunt, cubuerunt ſimul fluentibus adhuc menſtruis purgationibus, rem ſemel habuerunt, ſed ita facile, liberaliter & opportune egerunt, ut ex virgine facta ſit mulier, quæ eodem temporis momento concepit, gravidaque ipſa fuit. Poſtridie vero nuptiarum Bigamus mane ſummo ſurrexit, atque ad merces emendas cum ſuis ſociis rura ſatis longinqua petiit, nec reverſus eſt ante vigeſimum diem. Is dum ruri eſſet, rerumque ſuarum ſatageret, in memoriam ſæpius revocabat facilem quem habuerat unicum cum uxore nova congreſſum, nec omnino ſuſpicione caſtitatis ejuſdem vacabat, quamvis hac de re conqueri unquam non decreviſſet: ſiquidem à longo tempore uxoris amantiſſimæ & parentum ejus famam audiverat, agnoveratque optimam. Reverſus vero domũ

Biga-

Bigamus & uxor dormierunt ſimul, ſed rem habere tentarunt fruſtra iſta prima vice, propter anguſtius multo redditum quam antea ſinus pudoris orificium, poſt fluxionem menſtruorum & partium pudendarum exſiccationem. Qui propterea mirari non deſinit, contra, plurimum torquetur, & apud amicum quendam conqueritur, dicens ſe facilius cum uxore dum virgo eſſet, difficilius vero cum eadem gravida conveniſſe. Signa enim graviditatis apparebant inappetentia ciborum nempe, nauſea perpetua, decolor facies, membrorum laſſitudo & alia. Verum Bigamus mercator & non philoſophus erat, neſciebatque iſtas partes ſicut & alia corpora membranoſa quę humectantur plurimum dilatari & extendi poſſe, & cum exſiccantur, conſtrictiores & anguſtiores fieri. Quare virgo corruptam & corrupta ei virginem referebat. Nec mirum hoc cuiquam videri debet: etenim virgines quæ ſemel tantum aut bis coïerunt, idque fluentibus menſtruis verius dilatationem ſolam, eamque parvam quam lacerationem ſimul ullam paſſę fuerunt. Quod utrumque vitium etſi accidiſſet, reparatur tamen facile atque cito curatur:

tur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tur: ceſſatis namque menſtruis, ut ſicciora illis mulieribus pudenda redduntur & proinde conſtrictiora & anguſtiora: ſic Venere ab iis quæ corruptæ fuerunt, atque ſemel aut bis tantum coierunt longe valere juſſa, quia accedit quies partium, ſi earum quædam ab invicem recenter ſolutæ parum diſſideant, eadem procul dubio reuniuntur, & integritati priſtinæ reſtituuntur, ita ut gravida eſſe poſſit, cui etiam virginitatis notæ iterum appareant. Iſta autem quæ diximus de his quæ menſtrua patiebantur dum deſloratæ fuerunt, de aliis quoque dicere poſſumus: idem enim his atque illis accidere poteſt, dummodo à Venere & coitu abſtineant. Matres ergo aliæque mulieres quæ puellarum earumque famæ & honoris curam habent, videant caveantque ne dum matrimonio eas conjungunt, integritatis ſuſpectas reddant maritis, niſi prius de earum purgationibus ſi patiantur, præmoneant. Patiuntur autem ſæpius dum nubunt virgines præſertim maturę viro, bene habitæ, & ſingulis menſibus expurgari ſolitæ, quia tunc lætantur plurimum, ambulant, ſaltant, & deniq; totum corpus magis antea quam exercent at-

quę movent, animumque exhilarant, unde menſes accelerantur, diutiuſque perdurant. Satis ergo ſuperque virginitatem quæ filiarum propria eſt, ejuſque notas & ſigna ęx orificii ſinus pudoris, & ex ejus naturali conſtructione perſecuti ſumus, demonſtravimuſque his violatis, quomodo ex virginibus corruptæ fiant, quas in poſterum mulieres ſemper quotieſcumque earum mentionem faciemus, appellabimus.

De ſignis quæ mulieribus fœtis conveniunt.

CAPUT VII.

DIximus antea quid mulieribus ſit peculiare, quibuſque ſignis dignoſci queant, ſi addiderimus veluti pro corollario, quod mulieres habent pudendorum labra levigatiora ſeu depreſſiora & pilos eorum ex cute erumpentes criſpos magis quam virgines, niſi equitare ſæpius domiſellarum Italicarum & Gallicarum more aſ-
ſueve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſueverint. * Atque etiam eas quæ pepererunt cutim ligamentoſam in parte poſtica orificii ſinus pudoris ſitam habent multo laxiorem, quæ cutis laxitas quia ſemper fœtis iiſque ſolis adeſt, niſi prolabatur uterus, fœturæ ſignum unicum & univocum eſto: cui cutis epigaſtrii rugoſitas adiicitur, quamvis quibuſdam illa non accidat. Plures enim videntur mulieres quæ multoties pepererunt quibus tamenventris cutis rugoſa non eſt, ut iis quæ parvos, quamvis maturos fœtus ediderunt, ut ſunt obeſulæ, aut paucos, ut viragines conſueverunt, quia in illis cutis facile, & in his raro diſtenditur, unde vis nulla infertur ut rugæ poſthac conſequantur. Sunt etiam quædam aliæ quæ collo & humeris appenſo ſublevaculo ſive ſubligaculo ex canina pelle aut tela linea conſtructo, thoraci lumbis, quo præcincto ſic concinne ventrem tumidũ ſuſtinent, ut nullæ aut paucæ rugæ poſt partum appareant. Contra vero ſunt quædam mulieres quę nunquam pepererunt, immo etiam virgines, viri, adoleſcentes & pueri qui hydrope laborarunt, deinde ſanati ſunt, quibus adeo venter diſten-

tus

* *Iobertus errorum popul. lib.6. cap.4.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tus fuit ab aqua in ejuſdem capacitate contenta ut cuti vis illata fuerit: quibus naturæ beneficio & artis operibus exhauſta & evacuata adiutis eadem contrahitur, in eaque rugæ quædam aliquando apparent, unde colligimus ventris rugas conſtituere ſignum æquivocum tantum. *Recenter* autem *puerperæ ſignis* & ſymptomatibus dignoſcuntur, nimirum lacte in mammis turgidulis contento, dilatatione inſigni & tumefactione œdematoſa partium pudendarum, lochiorum & aliquando lactis per uterum expurgatione aut cum urinæ mictione, necnon oſſium pubis ab invicem diſtractione. Quæ quidem diſtractio etiamſi in omnibus non tantum mulieribus pariendo, ſed etiam brutis animantibus fœtulos emittendo utplurimum fiat, tamen hujus ſæculi philoſophis & medicis non eſt in confeſſo: unde detrimentum omni animantium generi non minimum adfertur, ut poſtea videbitur. Iſta ſunt quæ naturalem & fœlicem partum ſubſequuntur ſymptomata, quæque eadem ſunt fœtæ mulieris ſigna vulgaria.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

De quibuſdam quæ non raro accidere mulieribus puerperis ſolent in difficili partu.

Cap. VIII.

SUnt & alia ſigna ſimul & ſymptomata, quæ partum recentem demonſtrant extraordinaria & inſueta, cæteris multo majora & periculoſiora, partuique difficili ſuccedentia, qualia ſunt matricis totius inflammatio, gangræna, corruptio & putrefactio, & ejuſdem caſus; ut uxori cujuſdam ludimagiſtri vicini & amici noſtri accidit, quæ tamen ſupervixit per tres annos, ſed miſere. Siquidem una cum matrice, poſtica veſicæ ſubſtantia quæ ei incumbebat etiam corrupta fuit ad ureterum fere implantationem & eorum ingreſſum in cavitatem ipſius veſicæ, unde guttatim urina per ulcus veſicæ in corpus externum inteſtini recti effundebatur: deinde foras diſtillabat per locū in quo erat ſedes uteri aut ſaltem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tem vaginæ ejuſdem antequam in putredinem abiiſſet. Cui urinæ ſtillicidio alia duo ſupervenere ſymptomata: alterum fuit oſſium pubis tanta ſtrictura & constrictio natura vacuum abhorrente, ut ne minimi digiti extremum non niſi vix immitti potuiſſet in locum unde ſinus pudoris & totus uterus per putredinem abierat. Alterum, exulceratio partium infernarum ſeu pudendarum una cum urinæ ſalis, aut tartari aut fæcis admodum incraſſatæ circa pilorum radices concretione & adhæſione. Minora ſunt, ſed tamen calamitoſa quæ ſequuntur, nempe ruptio ſeu laceratio veri uteri colli, aut ſinus pudoris antice cum poſtica veſicæ parte: unde fit ulcus tandem calloſum per quod urina in veſicam à renibus per ureteres delapſa, contineri non poteſt, ſed ſtatim effluit per dictam lacerationem poſticam veſicæ in ſinum pudoris, deinde foras. Quod tunc deprehendes facile, ſi ſtylum argenteum aut alium per veſicæ collum in ejus cavitatem immiſeris, & digitum indicem aut ſtylum alterum in ſinum pudoris introduxeris: efficies enim ut duo corpora immiſſa concurrant atque (ut inquiunt Chirurgi) nudatim ſeu immediate

diate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

diate ſeſe tangant, quod ex ſtrepitu aut ſaltem ipſo contactu deprehendes. Alias vero poſtice finditur ſinus pudoris aut verum uteri collum, & cum eis rectum inteſtinum, & tunc per eundem ſinum ſtercus è recto inteſtino educitur, quam utramque laceratioñe & membranoſorum corporum ruptionem poſticam nimirum & anticam vidimus, ſed ſæpius anticam. Sed, an exulcerationes, lacerationes & ruptiones iſtæ accidant nimia diſtenſione à puero exeunte facta, aut ab obſtetrice partes prædictas digitis & unguibus lacerante, an ab utroque, in poſterum diſputabitur, concludeturque tanti mali tres poſſe eſſe cauſas, unam matris, alteram fœtus, tertiam obſtetricis.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

De ſinu pudoris, ſecunda uteri parte, qui male à pluribus ollum appellatur.

CAP. IX.

QUantum ad alteram uteri partem attinet, dicimus merito ſinum pudoris vocari quod habeat cavitatem profundam & latam, os vero multo anguſtius: & eorum opinionem miramur, qui totam rimam ampliſſimam ſinum muliebrem vocarunt, quum ſinus nomen ei nullo modo conveniat. Cæterum tanquam vagina quædam eſt in quam inditur penis virilis, quæ naviculæ cujuſdam formam habet, unde pronaum prædictæ rimæ pars poſterior & cutis quæ eidem ſinui aut naviculæ præeſt à nobis appellatur, necnõ foſſa, quia tanquam vallis eſt monticulis undique cincta. Nihil autem in virginibus peculiare habet ſinus pudoris; præterquam quod in iis anguſtior eſt quam in mulieribus, quia nihil eſt unquam ejus cavitatem ingreſſum aut ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ea egreſſum ſolidi & craſſi quod dilatare potuiſſet: ſed menſes tantum aut humores qui expurgati fuerunt omnes liquidi, qui quidem irrigare aut humectare, non autem dilatare aut vim aliquam illi inferre poſſunt. Cavum autem eſſe ſinum pudoris à prima conformatione inſigniter in bene conformatis puellulis eſt veriſſimum, quod in plurimis recens natis & ſubinde mortuis à nobis parentũ rogatu ſectis obſervavimus, in quarum prædictum pudoris ſinum, digitum indicem, & in clauſtrum virginale minimum ſeu auricularem immiſimus, nec obſtaculum à membrana aut vaſis ullum in medio ſitis, ut nonnulli volunt, invenimus, nec ſecto in longũ ſinu quidquam quod obſtare poſſet vidimus, aut ſenſimus. Hic ſinus membranoſus, nervoſus & ubique rugoſus eſt, magis autem in ingreſſu quam in medio aut fundo antice veſicam verſus, quam poſtice ad rectum inteſtinum: eſt enim inter utrumque ſitus. Quod natura effecit ad majorem amantium voluptatem, ſed adverſim non averſim concubantium: nam in antica & ſuperna balani parte dorſum penis verſus non modo aſperitatem, ſed fere circularem prominentiam

tiam

tiam ſeu projecturam ipſa poſuit, qua blandus fit attritus, & inde titillatio major quam ſi averſim pecudum more concumberent. Unde colligere eſt unicum eſſe naturalem hominibus gratum & prolificum coëundi modum, in quo viri & fœminæ mutuus fit amplexus & partium genitalium copula aptior, titillatio major, ſeminis virilis injectio directior in cervicem & uteri cavum, ejuſque attractio, retentio atque conceptio tutior, propter mulieris ſitum, & uteri ac ejuſdem partium motum, aptiores. Hæc enim pars in coitu movetur nunc ſurſum, nunc deorſum, alias dilatando ſe aut conſtringendo, aut etiam ſubſaltando; ſurſum, ut longiori mentulæ cedat, deorſum, ut eidem breviori occurrat & ſemini, ſubſtantia & rugis ſinus atque uteri, ut ligamentis obſequentibus. Quare non inepte ſed jocoſe à quodam dicebatur, omnes viros cum omnibus fœminis, & omnes fœminas cũ omnibus viris convenire poſſe, ſi cætera conſentiant. Siquidem iſte ſinus fit in coitu quantum voles brevis aut longus, digito tamen immiſſo indice, aut commodius pollice ejus fundum attingi poteſt, atque veri colli principium, quod

vulgo orificium interius uteri vocatur, atque tractari, durumne ſit & ſcirrhoſum, clauſum vel apertum magis quam decet, rectum vel in aliquam partem contortum, delapſum vel ſurſum retractum, exulceratum vel non exulceratum. De latitudine & amplitudine vero non ſic res ſe habet, ſemper enim eſt capaciſſimus pudoris ſinus, ita ut non mirum ſit quomodo adeo craſſa quæ immittuntur peſſaria aut alia corpora continere poſſit abſque recti inteſtini & veſicæ nocua compreſſione: cui fæcum egeſtio tarda & difficilis, atque urinæ frequens mictio ſuccederent, niſi amplior multo & vaſtior eſſet ventris imi interna capacitas in mulieribus quam in viris.

Se-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Sequuntur tria problemata parthenica.

Suntne pudenda puellarum aliquando ut maſculorum male conformata, & ſi ſint, Chirurgiâne emendari poſſunt?

PRIMUM PROBLEMA.

IN conformatione corporis cujuſcumque individui naturam ludere aliquando nemo dubitat, ita ut ex infinitis ejuſdem ſpeciei & ſexus animalibus vix aut nunquam duo ſimilia reperias: quæ varietas tanta non in delineationibus tantum & figuris, ſed & in animi moribus etiam poſita maxime à temperamento pendet. In partibus ſingulorum conſtruendis eadẽ quoque ſæpe aberrat propter defectum aut exceſſum materiæ, aut propter ejuſdem in aliquam partem & locum, ubi non opus erat, tranſlationem: unde vitium duabus partibus accidit, uni in de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

fectu, in exceſſu alteri. Idipſum autem hominibus frequentius quam cæteris animantibus fieri ſolet propter intempeſtivam Venerem, maxime vero circa renes & genitalia utriuſque ſexus. Videre enim ſæpe contingit in uno & eodem ſubjecto plures venas emulgentes & arterias ad alterum renem aut ad utrumque ferri: plures quoque ſpermaticas quas à truncis venæ cavæ & arteriæ magnæ deſcendentis, aut ab emulgentibus præter ſolitum vario modo exortas & diductas. Renes ipſi etiam variant: aut enim majores ſunt ſolito aut minores, aut unus tantum eſt maximus, aut quatuor parvi: ſæpius vero duo mediocres, quorum alter, nimirum ſiniſter, frequentius deficit quam dexter, aut ſtatim à conformatione ſicceſſit, inutilis fit & iners. Quod in duobus ſectis cadaveribus his noviſſime elapſis annis obſervavimus, primum fuit domiſellæ de Raco, præſente D. Miloto doctore Medico celeberrimo, alterum vero dominæ Veron, quæ ambæ concives & vicinæ noſtræ fuerunt. In utroq; enim cadavere ſiniſter ren excarnis penitus erat, & ejus vaſa apparebant contracta & exſicca, aliquid adipis in ambitu ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tu habentia: magnitudinem & figuram minoris fabæ non excedebat aut hujus loci glandulæ, quæ diviſioni nervi coſtalis per totum meſenterium majori ſui parte diſtributi apponitur. Genitales quoque variant partes, ut eſt prius dictum, virorum nimirum in numero & origine, præſertim vaſa: teſtes quoque in ſitu, numero, duritie & mollitie, ſunt enim ſæpe laxiores aut conſtrictiores, aut molliores, & aliquando nõ deſcendunt in ſcrotum: ſed in inguinibus manent, & aliquando, ſed raro admodum, tres in ſcroto teſtes reperiuntur. Veruntamen quod pro tertio ſæpe judicatum eſt, tandem naſcentis hydroceles initium eſſe comperimus. Sed frequentius in pudendorum conformatione natura ipſa ludit & aberrat: alii enim longum penem, alii brevem, tenuem alii aut craſſum, præſertim in extremo jumentorum more habent; alii phymoſi aut paraphymoſi laborant, ut aliis ligamentum balani adeo breve eſt atq; craſſum, ut virga omnino in arcum trahatur, dum natura eam erigere contendit. In aliis vrethra glandem non attingit, & in quibuſdam penis nullo modo perforatus eſt, contra vero in aliis perforatum, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tanquã in duas partes diviſum eſt ſcrotum circa exortum penis, ubi nempe terminatur collum veſicæ: ideoque penis brevis admodum totus ibi latitat tanquam inter duo labra pudendi muliebris ac ſi Clitoris tantum eſſet. Quod facile rudioribus impoſuit hujuſmodi pueros ſeu maſculos eſſe, aut femellas, aut hermaphroditas. In femellis quoque multa deficiunt; aliquando enim parum aut nullo modo iis eſt perforatus ſinus pudoris, nec cavitas ulla ineſt, aut orificium ſolum parum eſt apertum: quia carunculæ aut membranæ carnoſæ quæ iſtud componunt ſunt in extremo unitæ aut ab invicem parum diſſitæ, aut foſſa exterius ſita non apparet, ſed ligamentum cutaneũ & labra pudendi duo inferne continua ſunt, aut nymphæ cohærent inter ſe. Clitoris aliquando quoque producitur magis quam decet, ita ut mulierculæ credant infantem maſculum eſſe potius quam femellam. Ex quibus malis conformationibus quamplurimis, paucę quidem in maſculis & pauciores in femellis Chirurgia emendari poſſunt. Attamen tuto & facile quædam ad naturalem habitum reducuntur, pręſertim cum ſinus quidem cavus eſt, & a-

pertione tantum externa indiget; quod appreſſis digitis judicatur, aut etiam quando tumor cum dolore & tenſione à menſibus retentis & collectis fit & in cavitate uteri, collo ejuſdem, ſinu pudoris & locis circumjacentibus percipitur: aut cum dilatare orificium tantum anguſtius oportet, aut nymphas & labra continua ſolvere, aut ligamentum cutaneum novacula ſcindere & relaxare, ſubducto prius baculo ligneo, ſtylo ferreo aut argenteo ſtillicidii more excavato, aut forficibus, immiſſo altero convenienti, id eſt, fere rotundo cultello ſeu brachio. At vero quibus orificiũ ſinus pudoris eſt valde carnoſum & craſſum, parieteſque ejuſdem ſinus ſeſe contingunt cohærentque, iis Chirurgia nihil aut parum proficitur: ſiquidem dicti parietes vix diduci poſſunt & cavitas fieri apta nequit, neque facta conſervari, immo iterum inducta cicatrice dura adeo conſtringuntur, ut penem intromitti, difficiliuſque fœtum emitti ſinat. Verum ſi immiſſo digito, aut ſpeculo tenui, aut quovis inſtrumento alio interius orificium veri colli uteri deprehenderis, & tamen anguſtiorem ſinum pudoris totum vel quibuſdam in locis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

annulatim compoſitum & corrugatim judicaveris, facta ſcarificatione utrinque ſatis profunda aut inciſione levi convenienti inſtrumento ad juſtam dilatationem & conſuetam amplitudinem revocabis, ad cujus conſervationem opera & labore opus eſt, & feſſulis admotis ſeu ſubductis donec cicatrix inducta fuerit, ut nuperrime factũ fuiſſe nobiliſſimæ mulieri ab expertiſſimis Chirurgis collegis noſtris accepimus.

An ſexus fiat mutatio, ſeu filiæ in filium converſio.

Problema secundum.

EOrum opinionem mirari non deſino qui femellas mutari poſſe in maſculos contendunt, quum nulla ſit ratio aut argumentum ſatis validum quibus id probari poſſit, præſertim in hominibus. Etenim ſunt utriuſque ſexus partes genitales adeo inter ſe diſſimiles in ſubſtantia, magiſque in cõpoſitione, ſitu, figura, actione & uſu, ut diſſimilius quicquam vix reperiri

periri poſſit, & quanto magis inter ſe ſimiles ſunt cæteræ omnes totius reliqui corporis partes (exceptis mammis, quę quamvis primario à natura datæ ſint ad cordis & ejuſdem caloris & partiũ thoracicarum munimentum & conſervationem, tamen in mulieribus ſunt tumidiores propter uſum quem ſecundario habent) tanto minus genitales partes unius ſexus cum alterius partibus conveniunt, ſi conferantur, maxime vero earum uſus propter quẽ ſolum & nunquam propter ſeipſas ſingulæ partes corporis expetuntur. * Sunt igitur utrique ſexui partes generationi dicatę, verum in coitu mulieres materiam, viri vero formam ad embrionem & puerum conficiendum naturæ miniſtrant. Coitus ergo neceſſarius eſt ut id fiat, ſed coëundi appetitus longe diverſus eſt: nam mares Venerem appetunt ut depleantur, ſemenque ſuum extra ſe tanquam in alium locum ceu agrum ejiciant, fœminæ vero contra ut impleantur: utrumq; enim ſemen virile & proprium recipiunt, & quandoque concipiunt. Quamobrem omnes ſaltem majores uteri partes cavæ ſunt ad colẽ excipien-

* *Gal. de uſu part. lib. 17. cap. 2.*

cipiendum aliæ, aliæ vero ad ſemẽ prolectandum, concipiendum & fœtũ continendum. At vero maſculi contra genitalibus partibus præditi ſunt poroſis tantum & fere ſolidis, duriuſculis & rotundis omnibus excepto pene qui meatum habet, quo quidem natura abutitur ad ſemen deducendum in uteri aut vicini alicujus loci capacitatem, à qua poſtmodum ſæpius dictum virile ſemen injectum effluit. Quod autem penis habeat longitudinem & cavitatem omnes norunt, verum hanc potius ad lotium emittendum, & illam ſolum ad agri culturam & ſeminis deductionem pauci notarunt. Præterea mulieres genitales habent partes in imo ventre ſitas & reconditas, renumque regioni per vaſa & ligamenta membranoſa alligatas, quæ propterea deſcendere non poſſunt, multoque minus abſque relaxatione magna propendere, unde dolor, exulceratio & humorum fluxio fierent: quomodo igitur ex mulierum genitalibus partibus viriles fiant non video, quibus tamen ſolis ſaltẽ in hominibus & quadrupedibus ſexuum fit diſtinctio. Sed unde error iſte tamdiu perſeveraverit, perſeveretque adhuc ut credatur filiarum in fi-

lios

lios converſionem fieri, quid ſentiam libenter enarrabo; dicamque obſtetrices quaſdam, & poſt eas plures mulierculas quæ parturientibus adeſſe ſolent deceptas duplici modo fuiſſe olim, ut nunc quoque decipiuntur, exiſtimantes primo ex infantibus quibuſdam recenter in lucem editis qui cum filii eſſent, filias tamen fuiſſe; & ſecundo ex iiſdem filiabus filios evaſiſſe. Quod unico exemplo & recenti hiſtoria facile fieri poſſe, ut ſic hallucinentur mulierculæ, oſtendetur. Sed primum eorum meminiſſe oportet, quæ ſuperiori capite ſeu problemate à nobis ſcripta ſunt: Naturam videlicet in corporibus hominum fabricandis non raro aberrare, ne dicam ludere; maxime vero circa partes genitales utriuſque ſexus hominum. Ad *hiſtoriam* igitur feſtinat narratio. Lutetiæ circiter annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum in vico ſancti Dionyſii mulier quędam noctu peperit filium, qui feſtinanter propter virium imbecillitatē baptiſatus fuit pro filia quæ Joanna vocata eſt, quam paucis poſt diebus pro maſculo & filio mater prima, deinde alii viri & mulieres agnoverunt non ſine magna omnium admi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

admiratione & applauſu, Joannemque ex tempore puerum appellaverunt. Erroris cauſa fuit, mala conformatio partium genitalium, penis videlicet brevioris & penitius tanquam in ſuperna parte rimæ maximæ reconditi, Clitoris more inter duo labra & nymphas pudendi fœminei latitare ſoliti, quę partes in hoc puero apprime effictæ erant propter conſtrictiorem ῥάφην iſtam, quæ per medium ſcrotum inter duos teſtes excurrit, à radice penis incipiens inferne & ad perinæi locum & anum uſque extenditur, unde latera duo ſcroti eminebant tanquam labra pudendi muliebris in quorum medio rima quoque erat. Vides quomodo pueri duplici mala conformatione iſtarum partium prędictæ mulieres fuerint deceptæ, alioſque deceperint quamplurimos, inter quos parochus ſeu paſtor ipſe fuit. Parem *hiſtoriam* audivi ſæpe à D. & Magiſtro Franciſco Nodeo Chirurgo doctiſſimo collega noſtro, cui ſæpius ultro narranti fidem adhibui propter viri authoritatem & novitatem rei, quæ oculatiſſimis quibuſque, ſed incautis hominibus errandi occaſionem prębere potuerit, quũ una ex parte defectus materiæ, & ex altera

tera exceſſus à natura fuerint commiſſi, in pueri partium genitalium exteriorum ſeu pudendorum conformatione naturali.

An virgines corrumpantur abſque conſortio viri?

PROBLEMA TERTIUM.

A Cauſa antecedente ſola aliquando fit tanta humorum fluxio in uterum ejuſque ligamenta; ut earundem ſequatur partium relaxatio, cui ſi aliqua procatarctica cauſa accedat, ut clamor, vociferatio, exſufflatio, alvi cum conatu dejectio, difficilis mictio, tuſſis, omnis denique alvi compreſſio & labor, in ponderibus ferendis, gravioribus trahendis, pellendis aut ſublevandis deorſum facile inteſtina & uterus propelluntur: tuncque ſinus pudoris compreſſus & inverti coactus clauſtro virginali graviter incubat, ejuſque ruinam minatur & adfert, in quo ſolo virginitatis notæ obſervantur. Cum ergo prædictum clauſtrum virgi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

virginale ab omnibus quæ ſuprapoſitæ ſunt partibus ſic comprimitur, vimque maximam patitur, nec inferius deſcendere poteſt propter firmam cohærentiam & alligationem quam habet cum collo veſicæ, recto inteſtino, ligamentis Clitorida conſtituentibus, cæteriſque vicinis partibus, ſenſim non tamen ſine dolore dilatetur ejus orificium neceſſe eſt, atque membranæ quæ carunculis interjectæ ſunt lacerentur. In his vero virginibus quæ digitum aut aliud quippiam præter penem in ſinum pudoris ad voluptatem immittunt, non res ſic ſe habet: Etenim clauſtrum virginale iis non rumpitur, ſiquidem dolorem ullum ſentire nolunt dum per ſe voluptuantur. Quod cum factum eſt, ſinus pudoris inverſus & dilatatus delabitur foras, propendetque inter virginis femora, figuram atque ſitum mentulæ virilis, vel potius inteſtini alicujus præ ſe ferens, necnon craſſitiem ovi ſaltem gallinacei, & longitudinē trium quatuor aut quinque digitorum habens. Iſta inverſio ſinus pudoris quæ vulgo uteri prolapſus appellatur, eſt ejuſmodi, ut interna dicti ſinus pars fiat externa, & ſuperna inferne conſpiciatur. Cum autem iſta ſuperve-

perve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

pervenerunt omnia, virginitatis notæ penitus tolluntur delenturque, nec amplius differentia ulla eſt quantum ad ſenſum viſus & tactus attinet, inter tales virgines & mulieres à viris corruptas, quæ plures maturos eoſque magnos in lucem emiſerunt pueros, etiamſi prædictarum virginum uterus, ejuſque ſinus in locum priſtinũ reducatur. Quod in duabus ſimiliter affectis caſtiſſimis virginibus animadvertimus, nec cuiquã mirum videri debet, ſi clauſtrum virginale hoc pacto dilatetur, ejus membranæ lacerentur, deleanturque ad uteri ejuſque ſinus inverſi foras prolapſum, quum idipſum fiat propter penis multo tenuioris in prædicti ſinus capacitatem, ingreſſum, atque etiam quum clauſtri orificium naturaliter ſit ſatis apertum. Præterea ſi comparetur clauſtrum illud virginale cum productione naturali peritonæi nullo modo cava & valide conſtricta; quæ nihilominus tamen in pluribus cujuſcunque generis aut nationis, ætatis, ſexus atque vocationis fuerint, ſæpe dilatatur, & cum ea ſimul nova producitur ab interna dicti peritonæi parte; per quam utramque inteſtinum aliquod (ſæpius tamen Ileon) ad teſtem

uſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

uſque deſcendit. Prædicti autem humores initio hujus aſſertionis commemorati, ut varii ſunt, & multiplices, ſic varius eorum fluxus & effectus fœminis accidit cujuſcunque ætatis fuerint, conditionis aut regionis: otioſis tamen magis familiares ſunt, & divitibus quam pauperibus & operariis. Puellæ enim & valde juvenes ætatis videlicet quinque, ſex, ſeptem, octo, novem, decem, undecim, duodecimve annorum non raro hujuſmodi humorum fluxu continuo infeſtantur, magiſque grandiores natu abſque ullo præcedente aut ſubſequente menſium profluvio, vel contra: necnon mulieres, quibus ceſſato menſtruali profluvio, & gravidis, quæ eodem penitus carent, perpetuo fluunt aquei, tenues & frigidiſſimi humores, alias craſſiores, ſubcrocei & acres pudenda fere ubique exulcerantes. Unde gonorrheæ fœdę ſuſpicio & ulceris à contactu impuro contracti, inducitur, & inde lites moveri plures vidimus coram judicibus puellarum famulos aut vicinos aliquos accuſantibus violenta conſtupratione. Alias vero quæ erant maturæ viro, corruptas fuiſſe voluntarie & conſentientes dicebant parentes, quas pro-
inde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

inde non modo jurgiis & clamoribus, ſed & verberibus afficiebant. Nuptas quoque vidimus quæ in maritos aſſurgebant, & contra, nam mariti ſuas uxores accuſabant. Quas omnes querelas compoſuimus ſæpe afferentes & oſtendentes puellis reliquiſque omnibus, cujuſcunque ætatis fuerint fœminis accidere poſſe, ut non à contagione aut virulentia quadam externa tanta profluvia & ulcera promanarint, ſed à prava univerſi corporis humorum per uterum ſeſe expurgantium ſcaturigine & colluvie. Unum ſupereſt nobis dicendum, quod ſæpius vidimus in diſſectis cadaveribus puellarum ſeu virginum & aliarum mulierum profluvio uteri albo dum viverent laborantium, quæ ob aliquem morbum alium gravem extinctæ fuerant. In utero enim earum humorem limpidiſſimum invenimus, qui è cavitate ejuſdem guttatim ſtillabat per verum collum in ſinum pudoris, in quo candorem tantum acquirebat, ut cretam aut calcem diſſolutam in aqua dixiſſes, & ejuſdem mixtionis craſſitiem quoque, in aliis majores, & in quibuſdam aliis minores. An vero id fiat, id eſt, iſta albedo & inſpiſſatio humoris antea te-

nuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

nuis & limpidiſſimi, acquiratur coctione aliqua, vel aëris externi appulſu frigidi potius, ut videtur, aliis judicandum proponimus. Advertendum quoque eſt humorem aqueum prædictum expurgari ſæpe per uteri ſinum in virginibus & in quibuſdam defloratis gravidis & non gravidis: unde colligere eſt non ſemper per venas, quæ ad uteri corpus feruntur, hiantq; quando opus eſt ſuis oſculis, in ejus cavo prædictum humorem derivari: ſed etiam per eas delabi quæ ad infernum finem veri colli uteri deſinunt, & præſertim in gravidis, in quibus exacte clauſus eſt uterus.

Problematum finis.

Tabula f. 93. 94.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Communes

Pubes.
Labra 2.
Productio.
Nymph. 2
Rima ampl
qua appa

Ligament
neum.

Conſtric
foſſæ

...tractionem in partu naturali fieri, probemus. Quod rationibus, authoritati-
bus

nu
ne
gi
pr
hu
ri
in
gr
pe
tu
lis
de
ac
n
b

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Tabula pudendorum fœm.

- Virginum atque mulierum partes pudendæ.
  - Communes
    - Pubes.
    - Labra 2.
      - Dextrum
      - ſiniſtrum
    - Productio. Nymph. 2
      - dextra
      - ſiniſtra.
    - Rima ampliſſima in qua apparent —
      - Rimæ collaterales. 2.
        - dextra.
        - ſiniſtra.
      - Nymphæ 2. inferne ſerratę.
        - dextra.
        - ſiniſtra.
      - Clitoris.
      - Colli veſicæ orificium.
      - Monticulus carnoſus.
      - Foſſa ſeu pronaum.
      - Orificium ſinus pudoris.
    - Ligamentum cutaneum.
  - Propriæ.
    - Virginum.
      - Conſtrictio Ligamenti cutanei & ab eodem foſſæ contectio.
      - Productio medii tranſverſi minimi digiti longa quæ dicitur
        - Hymen.
        - Clauſtrum virginale.
        - Bucton Barb. ſeu germen.
        - Columna nō-
      - nullis, in qua veniunt conſiderandæ extremitates. 2.
        - Inferior dentata in ambitu.
        - Superior circulari cavitate cincta.
      - Compoſitio ex 4.
        - Membranis
        - Carunculis
        - } Unitis.
    - Mulierum.
      - Laxitas ligamenti cutanei.
      - Laceratio. Retractio.
        - Carunculárum.
        - Membranarum.
        - { 1 2 3 4 } Hymenē conſtituentium.
      - Valuæ duæ.
        - dextra,
        - ſiniſtra.
      - Dilatatio ampla.
        - Sinus pudoris & orificii ejuſdem.
      - Manifeſtatio rugarum ſinus pudoris & earum præcipue quæ initio ejuſdem ſitæ ſunt verſus collum veſicæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

OPVSCVLI PHYSIOLOGICI LIBER SECUNDUS.

In quo tractatur de graviditate & partu naturali mulierum, probaturque oſſium pubis ab invicem & oſſium ilium ab oſſe ſacro utrinque fieri diſtractionē.

De collo uteri tertia ejus parte.

CAP. I.

In hoc opuſculo duo nobis facienda initio propoſuimus, primum eſt puellarum virginitatis & deflorationis notas oſtendere, quod in priori libro præſtitimus: in hoc autem ſecundo ſupereſt ut alterum exequamur, nimirum oſſium pubis inter ſe, & ilium cum oſſe ſacro utrinque diſtractionem in partu naturali fieri, probemus. Quod rationibus, authoritati-

bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

bus & exemplis oſtendimus, atque doctorum virorum adhuc ſuperſtitum teſtimoniis confirmabimus: & non tantum in mulieribus, ſed etiam in omnibus viviparis animalibus (cætera enim his oſſibus animalia carent) eam quoque fieri concludemus. Sed prius nobis graviditatis mentio facienda eſt, poſtquam uteri duas reliquas partes interiores explicuerimus, nempe collum verum & corpus ipſius uteri: ſiquidem ſuperiori libello omnes ſimplices & cõpoſitas duas priores, ſive exteriores, nimirum pudendum & ſinum pudoris, ſi non exacte, ſaltem ſatis dilucide, expoſuimus. Prima igitur quæ explicanda venit, totius uteri pars tertia collũ eſt, quod conſtat ſubſtantia membranoſa, ſicut reliquæ ejus partes. Collum autem verum ſeu cervicem matricis cum Fallopio * dicimus eam partem eſſe cæteris tenuiorem & anguſtiorem, ut Galenus † etiam partes oſſium tenuiores cervices appellat, in quarum extremo ait, eſſe capita nunc longiora, alias breviora pro ratione dictarum cervicum: omnia tamen rotunda corporis integrã effigiem & compoſitionem ſequutus, in quo

* *In obſervat.* † *In præfatione lib. de oſſib.*

quo cervix ſeu collum tenuius ſitum eſt inter caput & truncum ipſius corporis, ut nemo ignorat: ſic pars iſta quam verum uteri collum appellamus, tenujor eſt multo cæteris, ejuſque ambitus anguſtior ſinu pudoris inferiore & matricis corpore ſuperpoſito, in quo multa ſcitu & notatu digna cenſentur. Primum eſt ejus ductus ſeu cavitas, quæ quamvis adeo ſit anguſta, ut vix ſtylum aut ligulæ ferrum majuſculum, aut ad ſummum parvi calami ſcriptorii tubulum admittere poſſit, & pollicari latitudine longa ſit, per eam tamen omnium opinione virile ſemen injici recta in cavitatem corporis uteri debet, ut fiat utriuſque ſeminis occurſus, conceptio, fermentatio, puerorum conformatio, & eorundem poſtea accretio. Quæ tamen anguſta cervicis via nos docet virile ſemen vi matricis impleri, cupientis attrahi potius quam virgæ virilis, quaſi induſtria aut naturali inſtinctu recta injici: niſi enim mulier delectetur in coitu, ſemenque uterus appetat atq; projiciat, ſtatim prædictum ſemen quantumvis valide ejaculatum effluit, minimeque concipitur. Præterea advertendus eſt ingreſſus ſeu orificium colli prædicti, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quod quamvis maxime amplitudini & cavitati ſinus pudoris continuum ſit, nihilominus tamen anguſtiſſimum ſit, ſemperque connivet excepto eo temporis momento, quo ſemen virile prolectat trahitque uterus: aut quando per id ipſum fit ſolemnis quædam evacuatio, qualis eſt menſtruorum expurgatio, aut vitioſorum humorum, aut puris derivatio, irritæ conceptionis expulſio aut fœtuum emiſſio. Tunc enim hiat apertumque eſt plurimum iſtud orificiũ colli veri uteri; quod vulgo, *Le couronnement de la mere* dicitur ab obſtetricibus, quia dum partus tempus accidit, idipſum quod alio tempore parvum utrumque oblongum & tranſverſum ſit, figuramque referat oris catuli recens nati, aut tineæ piſcis: eo inquam tempore, rotundum coronæ modo fit, nec ſtatim amplitudinem ſinus pudoris habet, ſed ſenſim dilatatur. At Medicis & Chirurgis vulgo orificium interius uteri nuncupatur, etiamſi ingreſſus cavitatis uteri non ſit; ſed ejuſdem colli tantum, ut jam dictum eſt, quod orificium prædictumq; collum cum ſemel ingreſſum eſt ſemen viri ſpirituum impetu & pudendi virilis longitudine delatum ejuſque

que robore ejaculatum, & matricis attractrice vi & facultate prolectum ne facile effluat, natura aſperitates longitudini totius cavitatis dicti colli appoſuit atque efformavit, quales boum aut ſaltem felium in linguis videre licet, quę radices habent inferne ſitas, acies vero interne ſeu ſuperne tendentes: unde ingreſſum facile egreſſumque difficile ferunt. In collo uteri inſuper utrinq; exterius ſunt multiplicia, eaque inſignia digitatim aut pectinatim diſpoſita atque inſita vaſa à venis majora quam ab arteriis, quæ ejus ſubſtantiam penetrant atque in cavitatem dicti colli deſinunt, aperiunturque, quando opus eſt, quibus menſtrua (ſi quæ fluant in gravidis) expurgantur omnium opinione & conſenſu, atque virginibus quibus adhnc uterus clauſus eſt (ſi diis placet) quemadmodum & illis propter conceptum ſemen aut embrionem ſeu fœtum contentum in ipſo utero. Quæ opiniones duæ mendoſæ videntur, quarum prima eſt, gravidas tantum mulieres & non alias purgari per collum uteri: nam omnes per dictum collum purgantur, omnibuſq; uteri humectantur: altera quod virgines habent uterum clauſum, quæ

rationi & experientiæ contraria eſt : eſt enim in bene conformatis virginibus omnibus via aperta & ab orificio exteriori illius productionis quæ clauſtrum virginale conſtituit ad orificium colli, & à dicto orificio ad fundum uſque uteri continua. Anguſtiæ quidem duæ inſignes ſunt in orificiis prædictis tantum, ſed nunquam obſtructiones niſi in gravidis mulieribus; in quibus ſtatim à cõceptione ad partum uſque tota videlicet geſtationis tempore os uteri eſt ita exacte clauſum, ut ne ſpecillum quidem poſſit intromitti (inquit Galenus *) quod tamen non eſt neceſſe, ut experientia quotidiana docet : fiunt enim in gravidis magnæ evacuationes ſanguinis, & humorum purgationes ab interna capacitate ipſius uteri affatim fœlici cum ſucceſſu, aliquando pravæ conceptiones ſalvo fœtu ejiciuntur:ſed hæc rara ſunt, rariores quoque ſuperfœrationes, frequentiſſimæ vero abortiones quæ propter compreſſionem & ſubagitationem gravidarum & alias ob cauſas accidunt. Quare valeant qui membranam quandam in orificio interiori uteri conſtituunt, ſeu potius ejus colli, ut dictum

* *Cap. 7. lib. 15. de uſu part.*

ctum eſt, quam cole lacerari ſubeunte ſeu rumpi volunt, antequam virgo perfecte corrumpatur. Quod ſi ita eſſet, virgines nunquam purgarentur ſuis menſibus, nec unquam devirginarentur, perpetuoq; maneret iſta membrana, quum viri mentula tantummodo huc uſque ad titillationem & nunquam ulterius intromittatur propter ipſius uteri inſtabilitatẽ & prædicti veri colli anguſtiam: quare quærere tam alte virginitatis aliquam notam vanum eſt atque ridiculum. Quod autem mulieres purgentur ſuis menſtruis per collum potius quam per uteri corpus, probat Columbus, † quia (inquit ille) multo plura & majora ſunt vaſa in eo quam in ulla alia uteri parte. Præterea exemplo cujuſdam mulieris *Sancta* nomine tantum & non re ipſa, quæ propter male ante actam vitam laqueo ſuſpenſa jngulataque eſt. quo tempora menſtrua patiebatur, cujus cadaver ſecuit, diligenterque obſervavit dicta menſtrua expurgari per collum tantum, & non per cavitatem aut corpus uteri, Ibi enim copiam ſanguinis vidit, & vaſa ſuperius dicta pectina-

† *Columb. lib. 6. unico cap. conſtante ad finem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tim ſeu digitatim inſita, plena ſanguine fluente au fluere parato, necnon collum atque ſinum pudoris madida cruore & minime uteri cavitatem animadvertit. Similiter duarum mulierum cadavera ſecuimus quibus menſes fluebant internecionis ſeu ſuſpenſionis tēpore, in quibus prædictas colli uteri venas ampliſſimas vidimus, ſanguinem menſtruum effundentes copioſum in collum uteri verum & ſinum pudoris, & nullas in corporis uteri cavum. Huic orificio colli aliquando cancri aut ſcirrhi ſuperveniunt incurabiles, eoq; magis ſi menſtrua deficiant, quia ſanguis qui expurgari ſolebat, ibi diutius cunctatur, remoratur & caleſit, rarius in fundo cavitate ipſius uteri maligna iſta ulcera & tumores naſcuntur.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

De quarta totius matricis parte, & fœtus formationis tempore.

CAP. II.

NUnc ratio exigit ut de corpore uteri dicamus, quæ particula quamvis à nobis in partium enarratione quarto loco tantum poſita ſit, omnium tamen præſtantiſſima eſt, ejuſque gratia cæteræ factæ ſunt, tum ſimplices, tum compoſitæ, cujus rei rationem antea reddidimus. Uterus proprie dicitur hæc pars ab utre, quia cava eſt, & impleta diſtenditur utris modo. Corporis autem uteri ſubſtantia reliquarum partium ſubſtantiæ ſimilis eſt, videlicet membranoſa, quanquam in his ſit quædam differentia. Nam pudenda utcunque carnoſa ſunt & mollia, ſinus pudoris rugoſus & aſper, collum durum & anguſtum, ſed propria corporis ſubſtantia medio quodam modo habet: eſt enim illis (pudendis ſcilicet) durior & compactior, his vero mollior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

conſpicitur: denique uterus magnitudinem atque figuram habet pyri mediocris, ſed in gravidis major redditur, ut in virginibus & nunquam fœtis minor exiſtit, quam in his quibus ſæpius intumuit venter. Uteri corpus ſemper ſitum eſt in hypogaſtrio ſeu ventre inferiori interius inter veſicam & rectum inteſtinum, quibus ſuo collo & ſinu pudoris alligatur: ipſum vero corpus liberum eſt, nullique annectitur ut extendatur contrahaturque liberius. Uterus concipiendi generandique inſtrumentum eſt, quod ut commode fiat in ipſius corpore prædicto, cavitas eſt fundum verſus bifida nullo ſepto, ſed tantum linea recta in dextram & ſiniſtram partem diviſa, *bonæ* Mathioli ſeu fabæ vulgaris capax, quæ cavitas ut ingreſſum, per quem ſemen virile admittit attrahitque, habet manifeſto cavum: ſic fundo ipſum corpus præditum eſt, in quo duo ſunt cornua exterius ſita, in quibus ejaculatoria mulierũ vaſa ſpermatica tantummodo poroſa deſinunt, per quæ ſemen proprium in dictam uteri cavitatẽ mulier ejaculatur. Quod utrumque ſemen cum in utero ſemel conceptum eſt, miſcetur, fermentaturque: &, ut Hippocra-

crates * inquit, iſta fiunt ante ſeptimum diem, à ſeptimo vero die ad undecimum aut duodecimum ad ſummum ex puriſſima ſeminis utriuſque portione formatur fœtus perfecte, qui etiamſi initio tam parvus ſit, ut vix magnitudinem formicæ, aut minimi grani frumenti habeat: in eo tamen corporis partes omnes apparent, ſaltem externæ majores, ut caput, collum, truncus & extremitates, quæ cæteris tamen minus perfectæ ſunt, omnes vero ſua cute ubique conteguntur, imo etiam ſexus facile diſtinguitur. Apparent quoque vaſa umbilicalia, quæ quantumvis tenuiſſimis pilis aut filis ſericeis tenuiora chorio membranæ exteriori fœtus uno extremo, & umbilico ejus altero adhærent rubentia, & humori aqueo (ſudores vocant) in amnio proxime fœtum involvente, & eundẽ cum ſudoribus continenti, innatantia conſpiciuntur. Quod Ariſtoteles quoque quodammodo obſervaſſe videtur: ſcribit enim ſeptimo libro de hiſtoria animalium cap. tertio:
,, Mas, inquiens, qui quadrageſimo die
,, exierit, ſi in quodvis aliud mittatur,
,, diffunditur atque aboletur: ſed ſi in

* *Libello de Nat. pueri.*

,, aquam frigidam, cogitur, conſiſtitque
,, veluti in membranula, qua rupta fœ-
,, tus ipſe apparet magnitudine formi-
,, cæ majuſculæ, & membra jam inde
,, diſcreta, tum cætera omnia, tum ge-
,, nitalia conſtant, & oculi quemadmo-
,, dum in cæteris animantibus prægrã-
,, des. Deinde ſubjungit: ſed fœmina
,, quæ intra tertium menſem eruperit,
,, indiſtincta eſt, quæ autem quartum
,, adepta eſt menſem, finditur, & reli-
,, quam diſtinctionis effigiem brevi tem-
,, pore accipit. Tandemque fœminam tardius perfectionem in utero quã marem acquirere concludit, eamque ad decimum menſem ſæpius quam marem protrahi cenſet. Hic Ariſtotelis contextus partim mihi arridet, partim vero minime: quod enim dicit fœtum conſpici magnitudine formicæ majuſculæ, certiſſimum eſt, ſed non expectandus dies quadrageſimus. Quadrageſimo enim die fœtus eſt longitudinis digiti auricularis viri perfecti, qui etiãſi in quodvis aliud mittatur, quam in aquam, non tamen diffunditur aut aboletur, ſed oſſa tantum emolliuntur, & tanquam in cartilagines ſeu duras membranas degenerant ſi in aceto macerentur, ſiquidem in

eo jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

eo jam plura oſſa perfecta ſunt, ut viginti quatuor coſtæ, oſſa duo genæ inferioris & clavis utraque: brachia vero, femora & tibiæ oſſa quidem ſunt, ſed imperfectas habent epiphyſes & omnino cartilagineas. Reliquæ vero totius ſceleti quadraginta dierum pueri concepti partes, cartilagines ſunt tantum, ut ſpina tota, oſsa ſterni, maxillæ ſuperioris, utriuſque manus extremæ & pedis cum ſuis digitis: oſsa tamen ilium, ſcapularum, & quædam capitis quæ lata futura ſunt, jam aliquod in medio ſui rudimentum oſſis habent, ut in quinta ſequenti figura oſtenditur: præterea nõ conſiſtit in membranula fœtus, tegitur enim ſua cute. Quod ſi quis dicat Ariſtotelem intellexiſse per membranulam amnion: reſpondetur, eam membranam longe diſtare à fœtu: etenim non niſi mediante humore copioſo ipſum continet & contegit. Quare de membrana, quæ loco cutis habetur, potius ipſum intelligere voluiſſe quam de amnio, putandum eſt. Nam etiamſi fœtus formica non ſit major, humoris tamen pondus ſex aut ſeptem unciarũ in ambitu ejus habetur, cui aliquando innatat, aliquando vero immergitur abſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ullo periculo: quia non per nares, neque per os ſpiritum attrahit, ſed per umbilicum duplicemque arteriam exortam à chorio fœtus ſua placenta adhæreſcente concamerationi uteri materni poſtici. Quæ arteria duplex ex radicibus infinitis, tanquam in truncos duos, ſeu inſignes ramos unitis fit, & per latera urachi una cum vena dictum umbilicum fœtus pertingit, tandemque in arterias ilias, ut ſupra dictum eſt, deſinit, & ſanguinem atque ſpiritum in eaſdem effundit deferendum in ſingulas fœtus partes. Illud quoque ab Ariſtotele ſcriptum experientiæ repugnat: nam in fœtu duodecim dierum, aut ad ſummum viginti, ſexus ſatis aperte, ut dictum eſt ſupra, diſtinguitur. Quod ut quiſque facilius intelligat, quatuor hic hiſtorias narrabimus, picturiſque aliquot illuſtrabimus. *Prima hiſtoria* eſt mulieris honeſtiſſimæ (cujus conſuetudine & familiaritate lubentiſſime utimur) quæ adhuc vivit nondum quadragenaria, temperamento melancholica, & toto adoleſcentiæ atque juventutis tempore ſic habita, ſemper in ea humore melancholico prædominante, quæ proinde adeo frigida manſit, ut ante viginti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ginti tres ætatis annos menſes ei non fluxerint, mammæ non intumuerint, glabræ ſingulæ partes corporis, capite excepto, remanſerint, fluoreque uteri continuo, aqueo, frigidiſſimo ſæpius albo ad vigeſimum octavum annum ſic affecta fuit, & huc uſque in neutra conſtitutione vixit. Quo vigeſimo octavo ætatis anno cœpit meliuſcule habere: menſes enim rubri fluxerunt, inordinate tamen, tandem poſt annum concepit ceſſante cruento, lento continuo ab utero fluxu, quem fere trimeſtri temporis ſpatio paſſa fuerat: ſed illa graviditatis neſcia more ſolito vixit, ambulavit, ſeſe exercuit, duodecimo autem à conceptu die, vim quandam levem paſſa, læſa eſt, & vigeſimo primo abortiit, qui nonus erat à læſione dies, fœtulum emiſit una cum ſecundis integris, & nullo modo laceratis chorio, amnio & alantoide membranis, neque ſudoribus effuſis, ſed omnibus integre ſervatis. Quæ omnia ſimul compacta magnitudinem & delineationem hujus ſequentis primæ iconis referebant. In hoc globo ſeu potius ovali mole ad ſimilitudinem cavitatis uteri efficta apparebant

ea quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ea quæ ſequuntur, * placenta dicta videlicet, quæ poſticæ parti chorii exterioris primæ ſecundarum membranæ inhærebat, fœtus formicæ mediocri aut minimo grano frumenti craſſitie & longitudine reſpondebat, ſudoribus innatabat mediantibus vaſis umbilicalibus adeo exilibus, ut delineationes tantum rubræ viderentur, quibus, chorioque appenſus erat, aquarum ſeu ſudorum ſelibræ pondus fere amnios continebat. Parem hiſtoriam videramus anno 1580. ſed tanquam per tranſennam.

In hoc capite quinque habentur figuræ puerorum eadem magnitudine depictorum, qua præditi erant dum ante tempus emiſſi fuerunt, & una irritæ conceptionis, quæ ſecunda eſt.

CAP. III.

DIximus duodecimo, aut ad ſummum, vigeſimo die fœtum formatum eſſe, quoniam quem hic depictum exhibemus, potius duodeci-


* *Columb. lib. 12. de re anatom. & Fal. in obſer. anatom.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Prima figura f



Prima figura fœtus duodecim dierum. pag. 111.112.



A. A. *Placenta, in qua ſunt radices & trunci venæ & arteriæ umbilicalis.* B. *vaſa umbilicalia.* C. *fœtus duodecim dierum.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

decimi à conceptione diei, quam vigeſimi primi eſſe exiſtimamus, etiamſi die vigeſimo primo à conceptione emiſſus fuerit. Nam veriſſimum eſt ipſum à læſionis die non conformatum fuiſſe, neque creviſſe, ſed in eodem ſtatu permanſiſſe: aut potius contabuiſſe, quamvis nil putidi aut pravi coloris in abortu neque in ſecundis viderimus. Hoc accidit 1586. Martio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

De prima fœtuum conformatione ſic ſenſit ſcripſitque Hippocrates. * Porro, inquit, ,, vita hominis ſeptem dierum ,, eſt: primum etenim poſtquam genitura in uteros pervenit, in ſeptem ,, diebus habet quæcumque habere de- ,, bet; mirari autem quis poſſit quo- ,, modo id ſciam: verum multa vidi hoc ,, modo: meretrices publicæ quæ de ſe- ,, ipſis periculum fecerunt, ubi cum vi- ,, ris rem habuerint, ſciunt quando in ,, ventre concipiant & poſtea conceptũ ,, intra ſe perdunt. Poſtquam autem ,, jam perditus, elabitur velut caruncu- ,, la. Hanc carunculam in aquam con- ,, jectam ſi conſpicatus conſideraveris, ,, omnia membra habere reperies & o- ,, culorum regiones & aures & manus ,, & manuum digitos & crura & pedes ,, & pedum digitos, pudendum & reli- ,, quum totum corpus manifeſtũ. Quare mirum nulli videre debet ſi iconem pueri tã exigui hic depinxerimus, quum præſertim ea quæ ab Hippocrate & Ariſtotele ſcripta ſunt, de primis fœtuum conformationibus viderimus, oſtenderimuſque pluribus medicinæ & Chirurgiæ

* *Lib. de carnib. ad finem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

giæ ſtudioſis, dum Lutetiæ in collegio Longobardorum & alibi noſtras celebraremus anatomias. *Altera hiſtoria* eſt ejuſdem mulieris quæ duobus annis poſt primam imprægnationem eodem menſe Martio falſum germen (quod vocant) ejeçit, quod nihil aliud erat quam imperfecta & manca graviditas ſeu imprægnatio à ſemine imbecilliori aut frigidiori, aut utroque intemperatis. Erant autem ejuſmodi duę quidem membranæ, una tanquam chorion externa, & altera ut amnios ad invicem junctæ adhæreſcebant ubique, ut ſolent. Nam materia & forma placentæ chorio poſtico appoſita videbatur: in interiori vero tunica, ut in ſuperiori & in ſequenti figura videre licet, fere ſelibra humoris aquei continebatur ſine fœtu vaſisque umbilicalibus. Moles tamen iſta magnitudinis & figuræ ſuperioris erat, unde hic animadvertere licet humorem iſtum qui in amnio colligi ſolet, videturque in ambitu fœtus, non ſudorem eſſe, nec totum provenire à ſudoribus fœtus, quandoquidem in hac manca imprægnatione ſeu potius irrita conceptione humor quidem erat ſatis copioſus, ſed à vaporibus per ebullitionem

ſeu


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſeu fermentationem ſeminis elatis, concretis & collectis in amnio, coacervatus. Et præterea exiguus adeo fœtus non tantum humorem aqueum per ſudores depoſuiſſe potuit, ut in prima figura videre eſt. Sunt aliæ falſæ imprægnationes ſeu germina, ut quæ ſequuntur, ſcilicet molæ uteri, quæ durant multos in annos, augenturque plurimum, queque ſunt carnes informes cum paucis aquis: & aliæ quoque cum quibus inſunt multæ aquæ, & hæ ante quadrageſimum diem ejici foraſque emitti ſolent. Hæc Domina poſt hæc pluries concepit, peperitque fœliciter, elapſis tamen à nuptiis octodecim annis ante primum partum.

Secunda figura eſt pravæ imprægnationis, ſeu falſi germinis ejecti circa quadrageſimum diem à conceptione.

A. A. *Placenta.*
B. *Pars chorii levigata & centrum globi apparet aqua tantum.*

f. 117



Altera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Altera Domina anno 1591. circiter nonum Febr. diem concepit, quæ ſimiliter, ut prior, affecta fuerat in adoleſcentia & male ab utero & ventriculo habita, quæ fœtulum quoq; die decimo tertio menſis Aprilis emiſit, quem in utero mortuum 46 diebus geſtavit. Vigeſimo enim quinto die à conceptione mane ſe ipſam levi de cauſa læſit, offenditque dum faſciculum linteaminum ſublevaret, attolleretque brachia paulo vehementius, ut in ſporta poneret, quam ſuper humeros geſtabat ancilla amicæ cujuſdam. Hæc dolorem tunc ſenſit in imo ventre, cœpitque ex hac hora ab abortione valde timere: tertio autem ſequenti die lac in mammis habuit, & tandem puerum dicto die decimo tertio Aprilis, magnitudinis & lõgitudinis pollicis tranſverſi una cum ſecundis integris, magnis cum doloribus abſque putrefactione emiſit: fœtus optime conformatus erat, excepta facie (quam agninam potius quam humanam dixiſſes) ut omnes pueri in utero ad tertium menſem uſq; caput ita male figuratum habere ſolent. Exanguis omnino erat & albus ut faba decor-

decorticata aut glandula aliqua, quia in humore aquoſo quadraginta ſex diebus integris permanſerat. & nullum interea ſanguinem à matre, à læſionis tempore, receperat propter ruptum umbilicum ejuſq; omnia vaſa, quorum alterum extremum fœtui, alterum vero chorio adhærebat, eaque cauſa fuit cur non vixerit, multoque minus accreverit à dictæ læſionis die. Poterat autem, ſi vixiſſet alimentumque recepiſſet, uſque ad abortus diem increviſſe ad longitudinem unius fere palmæ.

Tertia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22


Tertia figura eſt magnitudinis fœtus abortivi, & ſecundinarum ejus, qui vigeſimo quinto die à conceptione utroque ſanguine privatus fuit, propter vaſorum umbilicalium ruptionem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

QUarta figura eſt pueri per abortum quoque emiſſi quadrageſimo ſecundo die aut ſeptimæ ſeptimanæ initio, in qua magnitudo utriuſque delineatur: quo geſtationis tempore fœtus, ſi fœmella eſt, articulatur & movetur: ſi vero más, trigeſimo, inquit Hippocrates * tuncque longitudinem ſolum habet & craſſitiem minimi digiti viri perfecti. In quo videre licet, ut dictum eſt ſupra, coſtas omnes à radice & tenui epiphyſi ad cartilagines anteriores uſque omnino oſſeas, & oſſa duo genæ inferioris atque utriuſq; claviculæ perfecta. Sed cubitorum oſſa, brachiorum, crurum & tibiarum epiphyſes cartilagineas & fere membraneas tantum in utroque fine habent. Quæ vero lata futura ſunt, ut oſſa ſcapularum, ilium & capitis in medio ſui aliquid oſſeum ſolummodo habent. Reliqua omnia meræ cartilagines ſunt, ut vertebræ racheωs, os ſacrum, ſternum, gena ſuperna fere tota & extremitates ſummæ, videlicet manus & pedes. Quorum citius perfectorum oſſium natura quoque uſum citius eſſe

F neceſ-

* *Lib. de nat. pueri.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

neceſſarium docet, ut coſtarum ad cavitatem thoracis efformandam & firmandam atq; cæteras partes continentes exteriores ſuſtinendas, ut contentæ non comprimantur, nec ſpiritus opprimantur. Libera enim & liberalis reſpiratio recens natis infantibus ac decrepitis aut cujuſvis ætatis hominibus æque neceſſaria eſt, ut genæ inferioris actio ſeu motio, quæ in deglutiendo fit præcipue: & brachiorum atque ſcapularum cum trunco corporis firma connexio, quæ mediantibus claviculis fit, citam ad robur partium oſſium perfectionem requirunt. Quibus baſis oſſis hyoidis, quia radicem linguæ quamprimum mobiliſſime fulcit & ſuſtinet, & oſſicula aurium tria, quę auditui ſubſerviunt, ſuccedunt & mature in utero perficiuntur. In quibus naturam licet admirari providam ſicut pluribus in aliis operationibus ſuis.

Quarta


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Quarta figura fœtus ſeu pueri quadraginta duorum dierum concepti, & ejus magnitudinis.




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Quinta figura ſceleti pueri quadraginta duorum dierum, in qua videre licet quænam oſſa jam perfecta ſunt.



Sexta f.127.128.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22



pag. 127. 128.

Sexta ſigura, quæ eſt pueri trium menſium per abortum ejecti, in qua longitudo & latitudo præcipuè obſervantur.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

De tempore quo moventur in utero pueri, deq; magnitudine & figura eorum in utero, & diverſo partus tempore.

CAP. IV.

INter ea autem quæ tempore quadraginta duorum dierum à conceptione fœtus in utero fieri dicta dicendaque veniunt, unum eſt nobis non omittendum, nimirum quod pueri tunc moveri incipiunt, ſed ita obſcure ut plerumq; matres ſeu gravidæ mulieres non ſentiant: quæ autem ſentiunt, pulicis aut formicæ motum referre dicunt. Quæ cauſa fuit & adhuc eſt, cur ſæpiſſime affirment ſe ſuos nunquam ſenſiſſe pueros ante tertium fere medium menſem, id eſt, circa ſeptuageſimum diem, idq; rarius, aut quartum incipientem, id eſt, nonageſimum diem frequentius, quia à quadrageſimo ſecundo die ad dictum alterutrum terminum parum admodum mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

vetur fœtus in utero (niſi motu accretionis, de quo non hîc agitur) ut annotavit Hippocrates * cum de mare loquitur. *Articulatū eſt, (in neutro genere, melius, articulatus eſt) conſtitit, citius motus inquinatur, tardius augetur, Græce* κινηθὲν ἐμβλύνθη *ita verti debet, Mas motus ſtatim ceſſat, id eſt, fit ceſſatio à celeri motu quem natura aggreſſa eſt. In utero quidem mas ob loci caliditatem (nam in dextro potius utero formatur) & materiæ diſpoſitionē facilius & celerius formatur, movetur, ſed fœmina extra uterum citius gliſcit & creſcit: ſed* ἐμβλήνθη, *id eſt reprimitur motus celer naturæ,* & fit quædam relaxatio & remiſſio ex parte naturæ quæ prout primos ſuos conatus intendit adiuta caliditate materiæ & loci oportunitate, omnem marem in lucem emitteret ſeptimo menſe civili & lunari. Nam quicquid in diebus ſeptuaginta movetur, id eſt in duobus menſibus & dimidio menſis, in triplicitatibus perficitur, id eſt ſeptimo menſe: ſic fit quædam μβλυνσις, id eſt, repreſſio remiſſio motus feſtinati: unde quæcunque abortiones fiunt aut partus potius ſeptimo menſe hi marium ſunt, rariſſime fœminarum

* *Part. 45. Sect. 2. lib. 6. Epid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

narum. Curvatur tunc puer figuramque aſſumit ſphæricam in utero, quam optime Realdus Columbus † deſcripſit & alii plures depinxerunt. Circa autem finem tertii menſis à conceptione fœtus longitudine palmari præditus eſt, & quarto cum dimidio pedali, & ſic creſcit in dies ad partum uſque. Cum vero emittitur, longitudinem habet cubitalem cum manu extenſa & digitis. Multa interim animadverſione digna cenſeo, primum eſt quod ad ſeptimum menſem geſtationis aut ſaltem ad quadraginta duos dies uſq; ante partum (quod tempus pariendi omnino in mulieribus incertum eſt, ut ait Ariſtoteles; * Nam à ſeptimo ad decimum ambobus exactis ſcilicet, maturi fœtus eduntur, ante ſeptimum vero abortus tantum vocantur, & ante fœtus formationem effluxus) matrix & cum ea fœtus ſurſum ſemper aſcendunt & mirum in modum extenduntur, inteſtina loco moventur ſitumque naturalem amittunt præcipue tenuia, quæ reſtituuntur ſtatim à partu: fundo enim ſuo matrix ventriculum ad-

† *Lib.12. rei anat. cum de ſitu infant. in utero ſcribit.*

* *Cap.4. lib.1. de generat. animalium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

verſum pertingit, epiploon colligit pellitque ſurſum, quod unicum non facile præ mollitie & libertate extenditur, unde mulieres pleræq; inappetentes fiunt. Verum ſeptimo menſe elapſo non amplius aut parum fœtus aſcendunt, neque matrices, etiamſi augeantur: imo vero poſteaquam per aliquot dies conſtiterunt, deſcendere potius videntur, portamque verſus qua tranſeundum erit, ſenſim tendunt. Notandum eſt inſuper pudenda gravidarum humore mucoſo tunc temporis, id eſt ſeptem ante partum ſeptimanis, madefieri, & tumere atque levi dolore prehendi, paulatimque dilatari & præcipue in regione ſymphyſeωn oſſium pubis & oſſis ſacri cum oſſibus latis. Iſte autem dolor non ratione humoris in ſubjectas partes delapſi alioquin benigni, aut tumoris ab eo facti percipitur, ſed ponderis matricis & fœtus decumbentium in eas partes, quarum ligamenta membranoſa & perioſtia ab illis premuntur & diſtenduntur, unde dolor ad partum uſque perſeverat: ſicque oſſa quæ, antequam tumeret uterus, adeo conſtricta erant, ut nulla arte, niſi ſectione prius facta, diduci potuiſſent: ea tamen tempore par-

partus, motu relaxationis aut dilatationis ex inſtinctu naturę facto ab invicem diſtrahuntur mediante eo humore mucoſo quo imbuuntur, emolliuntur & relaxantur eorum ſynchondroſes, omneſq; inferiores & pudendæ mulierum partes. Quod non ſolum tactu, ſed etiã viſu deprehenditur: facilius autem iſta fit diſtractio in juvenibns & his quę ſæpius pepererunt, quam in cæteris quæ rarius aut tardius imprægnantur. In omnibus vero pudendorum labra & nymphæ maxime protenduntur, ſinus pudoris & orificium ejus quod externum eſt, atque verum collum, quando res urget, dilatantur, ſeroſa & utcumque glutinoſa præmittuntur: non ſolum in mulieribus, ſed etiam in omnibus viviparis animalibus, in quibus quoque ſudores fœtus accedẽte partu incraſſantur & tanquam in mucilaginem vertuntur, qui quidem ruptis membranis à valido fœtu fores percutiente, vincula ſolvente, atque eoſdem humores ab utero expellente, dum egreſſum is appetit, fluunt, & ductuum parietes, quibus adhærent facillime, oblinunt, ſicque viam lubricam, magno fœtantium & fœtuum commodo, reddunt. Nunc quoq; pueri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

jā utero egreſſi ante quadraginta duos dies nunquam aut raro admodum rident, neque dealbeſcunt: ſed rúbicundi manent propter loci, unde noviſſime prodierunt, caliditatem, & alimenti antea ſuſcepti, nempe ſanguinis materni colorem, * qui nunquam in chylum album vertitur, ſed ruber ſemper manet, donec aëri externo per id tempus expoſiti fuerint, illumque attraxerint, atque alimento quod in chylum album primo convertitur, uſi fuerint. Præterea torminibus vexantur, viſum habent inſtabilem, nec quemquam agnoſcunt, quæ omnia ſequenti ſchemate enarrabuntur.

* *Hippo. ad finem lib. de ſeptimeſtri partu.*

Tabula 135. 136.

Tabul

partu na-
bus ea pro-
li modi na-
les, obiter

A con-
ceptio-
nis die
acci-
dunt in
ſpatio
ſeptem
ſepti-
mana-
rum in-
cluſive

rationes
, oſſa pu-
a ilium ab
ipſo partu
e fieri ſen-
ſe ſeptimo
eptimana-
augeri &
ua proba-
ilium ab
atura quæ
cile quan-
extra ma-
rtibus ge-
s, tum ex-
nſibus pa-
undem ju-
oſſium e-
em muco-
ſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

jã utero

dies nun

dent, nec

manent p

prodierur

tea ſuſcep

colorem,

bum vert

donec aër

ſiti fuerin

alimento

mo conv

torminib

ſtabilem

quæ omn

buntur.

* *Hippo.*

Tabula continens plura quæ ſeptem ſeptimanis fiunt.

- A conceptionis die accidunt in ſpatio ſeptem ſeptimanarum incluſive vel excluſive.
  - Matri.
    - Ante partum.
      - Retentio menſtruorum tanquam in penu poſitorum.
      - Appetentia
        - Dejecta.
        - Depravata.
      - Tumefactio mammarum.
      - Mutatio coloris naturalis faciei.
      - Iliûm & Pudendorum
        - Tumefactio.
        - Dilatatio.
    - Poſt partum.
      - Imbecillitas virium.
      - Lochiorum purgatio.
      - Cruditas lactis.
      - Reſtrictio
        - Pudendorum. & Iliorum.
  - Fœtui.
    - Ante partum.
      - Reſtauratio virium
      - Conformatio quam præcedunt
        - Declineatio.
        - Articulatio.
      - Motus animalis.
      - Suſceptio animæ rationalis.
      - Statio.
      - Deſcenſus ad pudenda, id eſt, ad partum præparatio.
    - Poſt partum.
      - Rubedo totius corporis.
      - Privatio riſus.
      - Ignorantia mera.
      - Inſtabilitas oculorum.
      - Torminum afflictio. &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

De diſtractione oſſium pubis in partu naturali, deque rationibus quibus ea probatur. Item quot ſint pariendi modi naturales, quotque non naturales, obiter explicatur.

CAP. V.

SEquuntur cauſæ & rationes quibus probari poteſt, oſſa pubis ab invicem & oſſa ilium ab oſſe ſacro ante partum & in ipſo partu diſtrahi poſſe & debere, idque fieri ſenſim, critice tamen, atque menſe ſeptimo incipere, & ſex aut ſeptem ſeptimanarum ſpatio ad partus horam augeri & perfici. Prima igitur ratio qua probatur oſſa pubis ab invicem & ilium ab oſſe ſacro diſtrahi, eſt, quia natura quæ machinatur viam, eamque facile quantum poteſt fœtibus egreſſuris extra matricem demandat omnibus partibus genitalibus infernis, tum internis, tum externis earumque vicinis, ut ſenſibus patet, quæ partui nocere, aut eundem juvare poſſunt, ut ſymphyſibus oſſium ejus regionis ſingulis humorem muco-

ſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſum quendam, ut dictum eſt, calore mediocri & benigno ſpiritu præditum, ut eo partes imbutæ emolliantur, dilatentur & relaxentur. Quod humidum cum calido præſtat, ſicque via lubrica & ſatis ampla reddita fœlix partus conſequitur, dummodo alia tria accedant, videlicet materna vis, & facultas expellendi, fœtus vincula ſolvendi, & utriuſque optima partium conformatio, quæ ex parte matris conſiſtit in legitima omniū poſitione, figura & numero, relaxatione & diſtractione per dictum humorē mucoſum à natura illuc demiſſum, aut arte, hanc invalidam, tardam, aut ſui muneris oblitam adjuvante & excitante: medicamentis aſſumptis ad utriuſq; vires conſervandas, augendas & reſtituendas, & admotis fotibus, balneis, emplaſtris, unguentis & oleis emollientibus, quorum non eſt parva ſupellex ad oſſium prædictorum ſymphyſes laxandas. Fruſtra enim ſinus pudoris, ejuſque orificium & collum verum uteri totum, & reliquæ omnes vicinæ partes, ut labra & nymphæ dilatantur, niſi oſſa ipſa ab invicem diſtrahantur. Quod quidem fieri nequit, niſi prius cartilagines quibus iſta valide uniun-

niuntur, madeſiant prædicto humore. Ex laxitate enim & conſtrictione dictarum ſymphyſεων (matre & fœtu, bene habentibus & validis) pariendi facilitas pendet, quum cæteræ partes molliores, facile quantum opus eſt diſtendantur, ac egredienti fœtui cedant. Præterea ex parte matris nihil præter naturam eſſe debet, ut eſt στυλοειδὴς διάφυσις quædam vel ἀγκυροειδὴς in interna oſſium pubis aut Iſchii facie, quæ obſunt fœtibus, ita ut nonniſi mortui emitti poſſint, quod à nobis pluribuſque aliis Medicis ac Chirurgis Lutetiæ viſum in cadavere honeſtiſſimæ mulieris, in difficili eam ob cauſam puerperio vita functæ, quæ dictam apophyſin prælongam præter naturam habebat oſſi pubis ſiniſtro innatam intus prope ſynchondroſεως infernum finem. Os pubis tali præditum apophyſi alias dedi Domino Pareo primario Regis Chirurgo. Ex parte fœtus, præter imbecillitatem, cauſæ etiam difficilis & infœlicis partus eſſe poſſunt, ut ſi major eſt, aut ejus aliqua pars præ craſſitie, ut eſt caput aliquando, cujus oſſa ſunt aut ampliora, ut in macrocephalis aut perfectiora, id eſt, quæ tranſitui minus cedunt, aut quando idem

caput

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

caput non prius, ut ſolet, exit facie verſus inteſtinum verſa, ut omnes in partu naturali ſolent, quicquid nugentur quędam mulierculæ parum ſapientes, quæ mares pronos, fœmellas vero ſemper naſci ſupinas affirmant, quamvis utriſq; ſit communis hic exeundi modus. Poteſt enim fœtus (qui ſudoribus propriis innatat, nullique parti alligatur, adhæretve præterquam ſecundis mediantibus vaſis umbilicalibus) paulo ante partum aut in ipſo partu vertere faciem ad lumbos, & os ſacrum cum vaſa ipſa umbilicalia, quibus appenditur, ſint admodum longa, ſicq; converſus ſolutis vinculis & membranis diſruptis pronus egreditur fœtus, ſive mas ſive fœmella fuerit. Qui egrediendi modus eo frequentior maribus eſſe debet, quo ſunt fœmellis robuſtiores. Igitur ſive pronus, ſive ſupinus matris utero exeat fœtus, caput prius non tantum ſeſe offerre, ſed etiam foras exire debet, & hic eſt prior pariendi modus naturalis. Sequitur alter qui multo periculoſior eſt, ideoque minime naturalis à quamplurimis eſſe dicitur, fitque quando pedes juncti præcedunt, quo modo fœtus ſive mares ſive fœmellæ fuerint, ſupini ut pluri-

plurimum egrediuntur, difficilius tamen ſupini quam proni in lucem emittuntur propter menti ſeu maxillæ inferioris oſſibus pubis adhæſionem: qui ſitus varius varium ſæpius diſcrimẽ matri aut fœtui adfert: hunc tamen lubenter naturalem vocaremus, quum cæteri omnes non naturales ad ipſum facilius & ſalubrius Chirurgi manu obſtetriciſve reducantur, atque ſi opus ſit, pueri extrahantur. Reliqui omnes pariendi modi pravi ſunt & præter naturam, alii tamen aliis periculoſiores quos enumerare, qua poterimus fide & brevitate, aggrediemur. Expoſitis ergo ſalubribus & naturalibus modis difficiles & periculoſiores obiter in medium adducemus, à minus periculoſis exorſi, quos omnes ad quinque revocabimus. Primus ergo eſt quando una cum capite brachium alterum aut ambo ſeſe offerunt, qui quidem emendari, & ex difficili & non naturali naturalis fieri poteſt, reductis intro brachiis: tunc enim caput ſolum præcedit, quod foras una cum toto corpore pellitur à matre robuſta. Verum *Hoc opus, hic labor eſt.* Alter difficilis fit, ſi lumbi aut nates exeant priores, duplicatum enim corpus fœtus habent. Tertius præ-

dictis duobus difficilior eſt, qui fit quando tibia una cũ capite vel brachiis duobus vel altero tantum ſeſe offerunt orificio, dum egredi conantur pueri. Quartus vero eſt difficilis partus quando ſcapula ſumma ſeſe offert prima. At quintus & ultimus eſt quando venter pueri primus occurrit, matriciſque hianti coronæ incumbit, necnon obſtetricis tactui atque digitis obiicitur cum umbilico, qui modus omnium difficilimus & funeſtiſſimus eſt, hoc enim modo ex multis fœtibus oblatis vix unus ſervatur, quia fœtus in poſteriora duplicatio aut flexio omnino præter naturam eſt, nec à Chirurgo quantumvis perito, aut obſtetrice in caput aut pedes cito puer convertitur, ut facilius utero exeat. Interim quippe dum in mora eſt, vaſa umbilicalia refrigerantur, comprimuntur, conciduntque in ſeſe, ita ut neuter ſanguis poſſit amplius ad fœtum deferri, qui propterea defraudatus nectare vivifico, miſere ei moriendum eſt, quum miſerabile remedium miſerabiliorē exitum adferat, à quo mater nec periculo vacat. Quantum vero ad difficilem & non naturalem partum attinet, ſi per otium & hujus vitæ uſuram liceat, Deo duce,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

duce, alias tractare poterimus, ut quemadmodum phyſiologiam noſtram à naturali conformatione partium genitalium fœmellarum præcipue & totius fœtus, ejuſque egreſsu naturali ab utero incipimus: ſicque Chirurgicam Therapeuticen à gravidis male affectis exordiemur, ut pueris adhuc in utero concluſis primum, pariturisque periclitantibus opitulemur. Sed redeundum eſt nobis unde digreſsi ſumus, aliæque rationes ſunt adducendæ, quibus probatur quomodo oſsa pubis inter ſe, & oſsa ilium cum oſse ſacro utrinque in partu naturali diſtrahi poſsint.

De cæteris rationibus, & cauſis probationis prædictæ diſtractionis oſſium & ilium quæ fit in partu naturali.

CAP. VI.

ALtera ratio petita eſt à fœtuum corporis craſsitie, qui nuſquam per tam anguſtam viam tranſire poſsent, niſi fieret maxima partium omnium

omnium inferiorum ſeu pudendarum communium & propriarum dilatatio, quemadmodum in ventre toto geſtationis tempore à natura factum eſt. Etenim non matrix tantum & ejus partes diſtentæ & dilatatæ fuerunt ut fœtum continerent, ſed etiam epigaſtriũ totum ſæpius ad cutis ruptionem uſq;, cæteræque partes contentæ, mobiles præcipue, ſitum amiſerunt, ut ſupra diximus & oſtendimus, idque neceſſario accidit. Videmus enim mulieres tenuioris & brevioris ſtaturæ, alias rarioris contexturæ & junceo fere corpore præditas, quæ propterea aliis ſunt anguſtiores conſtrictioreſque, majores tamen edere fœtus quam quæ ſunt habitiores: unde ſingulas hujus regionis partes relaxari debere concludimus. Tertia ratio eſt à naturali compoſitione partium ſumpta, quæ eſt ejuſmodi, ut nunquam oſſa ilium cum oſſe ſacro & pubis inter ſe coaleſcant, niſi per ſymphyſin abuſivam aut accidentariam, * ut in fractis oſſibus ac deletis ſuturis videre eſt: contra vero natura diſtincta iſta oſſa in omnibus & maſculis & fœminis ad extremam uſque ſenectutem ſervat, etiamſi funda-

* *De quibus Fallop. in obſer. anat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

fundamentum ſint reliqui totius corporis circa quod movetur & firmatur. Quę procul dubio ſymphyſi ſine medio coaluiſſent, ut in cotylide infra ſupraq; uniuntur eadem ilium, Iſchii & pubis oſſa, ad robur majus (niſi aliquando neceſſitatis tempore diſtrahi ab invicem debuiſſent, motumque dilatationis ab inſtinctu naturæ paſſura forent. Quomodo quoque latera duo genæ inferioris in extremo mento, oſſa quatuor occipitis, & duo frontis ad facilitandũ partum ſemper diſtincta ſunt naſcente puero, quæ tamen ante biennium uniuntur, ut epiphyſes quoque omnes quæ ſunt in extremitatibus omnium fere magnorum & mediocrium oſſium, & ea quæ ex cartilaginibus fiunt oſſa, tandẽ coaleſcunt citius alia, alia vero tardius cum oſſibus quibus adnaſcuntur. Quarta ratio à puellis quæ nondum quindecim aut ad ſummum octodecim annos attigerunt, depromitur, atque etiam à ſenioribus virginibus, quæ quidem corpus junceum, hypogaſtrium & Ilium utrumque valde anguſta habent, quæ ſi nubant gravidæque fiant ſtatim à nuptiis, aut mulieres quæ antea non pepererint in uteroque habeant, iis omnibus

ilia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ilia diſtenduntur, hypogaſtrium amplius fit, nates & oſſis ſacri regio latiores apparent, maxime vero quando partus tempus accedit, id eſt ſex aut ſeptem ante enixum ſeptimanas. Quod non niſi propter dilatationem ſymphyſεων prædictorum oſſium accidit cartilaginibus ſpongiæ modo humore mucoſo imbutis à natura provida illuc demiſſo: & ſeptem aliis à partu ſeptimanis purgantur uteri lochia, humor prædictus abſumitur, omneſque uteri & pudendorum, quæ intumuerant, partes atque vicinæ cartilagines exſiccantur, & oſſa conſtringuntur. † Qua in re naturam licet admirari, quæ artificio penitus divino non minus in repagulo ſeu obſtaculo tollendo provida fuit, ut facile ex utero fœtus egrediatur quam utrumque parentem ad prolificum ſemen ejaculandum diſpoſuit, & idem in utero concipiendum, fœtum ex eo efformandum, nutriendum & augendum curavit: hiſque peractis partes omnes continentes, communes & proprias ad priſtinum fere ſtatum corporis externum reſtituit. Quinta ratio ab experientia petitur, quod virgines quæ tardius nubunt, nempe

† *Hip. lib. de natura pueri.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

nempe annos triginta quinque aut quadraginta natæ, tardius quoque concipiunt pariuntque, aut aliæ etiam mulieres, quæ quamvis juvenes nupſerint, tarde tamen & declinante jam ætate aliquas ob cauſas quoque conceperunt & enixæ ſunt, longiſſimos, difficillimos & periculoſiſſimos habent primos partus, atrocioribuſque multo cruciantur doloribus his quæ ſunt juniores, aut quæ ſæpius antea pepererunt, niſi parvi admodum fœtus edantur. Sed unde id fiat ſi quis ex nobis quæſierit, dicemus ſiccitatem & primariam conſtrictionem prædictarum ſymphyſεων in cauſa eſſe, quæ progreſſu ætatis contrahuntur: accedente enim ſenectute corpora exſiccantur, & humore ſuo benigno, ſpiritu & calore prædicto privantur quo partes ſingulæ irrigantur, excrementitio vero abundant inutili & nocuo. Et idcirco partes tunc parum admodum & difficile propter contractum jam habitum relaxantur, niſi arte provideatur. Quod commode fieri poſſet, verum huc uſque non ſolum neglectum eſt à practicis, ſed etiam damnatũ male ab iis jacto fundamento ex falſa hypotheſi: crediderunt enim cartilagines ſymphyſεων non hu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

mectari, emolliri, dilatari, multoque minus oſſa natura aut arte relaxari aut diſtrahi, quod tamen (doctorum virorum pace dixerim) authoritati, rationi & experientiæ ipſi repugnat. Dilatationem igitur iſtam in partu fieri hujuſce temporis plures Medici & Chirurgi negant. Omnes vero mulieres urbanæ & ruſticæ credunt naturæ inſtinctu edoctæ, in uſumque revocant. Memini enim ſæpius me vocatum fuiſſe ad mulieres ruſticas parturientes liberandas, ſuoque onere & periculo gravi atque dolore levandas, quibuſcum plures alias vicinas & amicas, ut fieri ſolet, aſſiſtentes mulierculas reperiebam, quæ obſtetricis juſſu in difficili partu, ægræ crura ad utrumque latus unum trahendo diducebant, divaricabantque. Quod ut facilius præſtarent, manus τῷ κτεῖνι, valvis & orificio ſinus utrinque admovebant, ſynchondroſinque vi relaxabant ad oſſa pubis vehementius conſtricta quaſi ſublato lungurio aut nodo conſtrictiori ſoluto, diſtrahenda prius tamen ſymphyſεως regioni adhibitis emollientibus & relaxantibus ut oleo liliorum & butyro recenti ſolis, aut cum radicibus biſmalvæ, foliis ejuſdem mal-

væ &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

væ & parietariæ coctis in aqua fluviali aut alia, piſtis & expreſſis, deinde frixis cum prædictis oleo & butyro; ut his admotis dilatata via & patentiori facta facilius emitteretur puer. Equidem aptius id factum fuiſſet ſi doctos Medicos & Chirurgos, non cenſores, ſed coadiutores aut imperatores habuiſſent, à quibus methodum dilatandi vias didiciſſent. Sexta ratio deſumpta eſt ab obſervatione Anatomica: hi enim qui mulierum & virginum plura cadavera ſecuerunt, videre potuerunt, illas quæ nunquam conceperunt, eſſe longe anguſtiſſimas, eaſdemque habuiſſe cartilagines inter hæc oſſa ſitas, quibus mediis uniuntur, admodum tenues, ſiccas & fere nullas aliarum reſpectu: ſed quibus in utero ſæpius habere, pluriesque parere contigit, etiamſi longo tempore poſt ultimum partum obierint, in his interjectas cartilagines craſſas reperiri certum eſſe, in iiſdemque ilia & oſſis ſacri latera ampla atque oſſa pubis ubique, præſertim inter ſpinas anticas oſſium pubis latitudine inſigni ab invicem diſſidere. Quæ vero aliquoties tantum ut ſemel aut bis pepererant, medio quodam modo habere; quod etiam ex inſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſpectione matricis probatur. Nam ut in his quæ nunquam conceperunt matricis corpus tenue eſt & parvum: ſic in his quę pluries enixæ ſunt, craſſius ſemper remanet ad extremum uſque vitæ diem, & in his quæ raro aut ſemel, mediocris eſt: hæcque perpetuo vera ſunt, dummodo his partibus nihil præter aut contra naturam acciderit. Septimam & ultimam rationem à Gallico nomine deprompſimus: Gallis enim noſtris non abs re, *Les os barrez* appellantur, & corrupte à Galloprovincialibus, *L'os bertrand*, à græco vocabulo Τὸ βαρὺς quod idem atque pondus aut quid ponderoſum ſignificat. Hujus tamen dictionis acceptio duplex eſſe poteſt atque ratio. Prima, quia oſſa pubis quæ tribus, ut diximus, conſtant iſchii, ilium & pubis proprie dictis oſſibus ponderoſa ſunt per ſe. Altera quod maximum pondus ſuſtinet, nempe corpus totum, etiamſi oſſi ſacro iſtud officium atque munus attribuatur ſoli. Nam ſi quis diligentius inſpiciat, reperiet ipſum os ſacrum à latis oſſibus, quæ conſtat tribus iiſdem ſupradictis, nimirum pubis iſchii & ilium ſymphyſi immediata unitis ſuſtineri, & iiſdem omnes infernas partes appen-

appendi atque inniti: aut quod veriſimilius eſt, oſſa pubis Gal. *les os barrez* vocantur, quia idem illis accidit quod urbium porticulis, domorum oſtiis poſticis, ponticulis pluribus, vicis ignobilioribus, ſubterraneis & obſcurioribus cloacis, quæ pro neceſſitate nunc clauduntur & obducuntur muro, aggere, januis, crateribus ferreis, ligneis, aut fixis humo poſtibus & vallis, quibus aliquando longurius aut repagulum, tractilia aut verſatilia inſeruntur, immittunturve. Quæ omnia munimenta ſeu inſtrumenta quia progreſſum & commeatum atque tranſitum, id eſt ingreſſum aut egreſſum per ejuſmodi loca fieri antea ſolitos impediunt, ſub nomine *barriere* comprehenduntur. Aliàs vero aperiuntur, omnia obſtacula tolluntur, & libera via redditur ad ambulandum, aliaque negocia peragenda pro neceſſitate. Sic quoque pubis oſſa inter ſe & ilium cum oſſe ſacro toto vitæ tempore conſtricta ſunt, excepto neceſſitatis partus tempore, quæ eo, quo dictum eſt modo, valde inter ſe diſtrahuntur atque eorum ſymphyſes relaxatæ dilatantur, ſi non ſemper & omnes ſimul, ſaltem in pluribus poſteriores duæ aut anterior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſola dilatari conſueverunt. Hæ ſunt rationes ſeptem quibus oſſium pubis ab invicem & oſſium ilium ab oſſe ſacro diſtractionem in partu fieri neceſſe eſſe ſummi Opificis & naturæ ejus miniſtræ beneficio contendimus, quas veterum Græcorum, & Arabum authoritate, & doctiſſimorum virorum adhuc ſuperſtitum oculata fide ac teſtimonio confirmare conabimur.

De probatione diſtractionis oſſium pubis & Iliûm ab authoritate.

CAP. VII.

HIppocrates libro de natura pueri circa finem ſic ait: *Mulieres quæ pariunt graviſſimis torquentur doloribus, hæ vero maxime quæ non conſueverunt, & adhuc incipiunt: ſed dolores lumbos præcipue & alia occupant: tunc enim diſtenduntur diſtrahunturque ab invicem*. Hæc eſt Hippocratis ſententia quam ſic interpretari licet, ut nimirum per oſſa ilium intelligantur quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

que oſſa pubis & iſchii. Nam ſi hic locus intelligeretur de oſſibus ilium tantum, diſtinctis ab oſſibus iſchii & pubis, ut apparent in junioribus antequã horum fiat ſymphyſis ſine medio circa xvj annum ad ſummum, ad quid dixiſſet dum oſſa ilium ab invicẽ diſtrahuntur, quum nunquam uniantur inter ſe mediante cartilagine ſola, ſed interjectum ſemper habeant os ſacrum quocum uniuntur utrinque, dextro videlicet ac ſiniſtro in latere, citius enim ſcripſiſſet oſſa prædicta ilium diſtrahi ab oſſe ſacro quam ab invicem. Prȩterea etiamſi re vera ſecundum Hip. hic locus intelligatur de poſtica parte oſſium iliũ tantum quatenus uniuntur cum oſſe ſacro, quæ quamvis habeant illud medium, non deſinunt tamen diſtrahi ab invicem, id eſt, majus acquirere ſpatium inter ſe prædicta oſſa ilium dum pariunt mulieres, quod fieri nequit niſi craſſioribus factis cartilaginibus inter ipſa ilia & os ſacrum ſitis, prædicto humore mucoſo prius imbutis, quibus mediis uniuntur. Sit ita. Quid impediet, quo minus cartilago oblonga quæ inter pubis oſſa ſita eſt, analogia quadam quam habet cum poſticis poſſit etiam imbui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

& dilatari, ſicque oſſa diſtrahi, quũ præſertim utero ejuſque collo & ſinui pudoris ſit proximior, à quibus humor prædictus præſertim dimittitur ad pudendas & circumpoſitas partes relaxandas? Unde ratio nulla eſt cur oſſium mulierum pelvim ſeu cathedram (ut ajunt) perforatam conſtituentium, non tantum alvo dejiciendæ, ſed etiam brachiis corpori apte ſuſtinendo toti valde accommodam, uſu, figura & compactione referentium citius poſtice quam antice fiat diſtractio, & in una ſymphyſi quam in altera dilatatio, niſi quis anticam ut viciniorem, quæ inter duo oſſa pubis ſita eſt potius, quam poſticas duas dilatari velit atque contendat. Tertia denique accedit ratio, quod illud innominatum os tribus conflatum oſſibus (ut dictum eſt) totum, nunc os pubis, nunc os Iſchii, & quidẽ ſæpius os ilium tempore Hippocratis, ut nunc quoque, appellabatur. Quare non veremur concludere per oſſa ilium Hippocratem intellexiſſe pubis etiam oſſa; quæ propria & peculiari ſymphyſi relaxata ab invicem in partu diſtrahuntur: quum harũ trium ſynchondroſeωn eædẽ leges ſint idemque uſus. Quod confirmaſſe videtur

idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

idem Hippocrates * de gravidis & partu ſcribens, cum ait: *Quibus nihil intra conſtitutum tempus accidit, ſingulis partus vitales fiunt, apparentia in quibus menſibus fiunt. Labores in circuitibus, quicquid in ſeptuaginta diebus movetur, in triplicitate perficitur, & quicquid in nonaginta diebus movetur, in triplicitate perficitur. Poſt menſes dextra & ſiniſtra hiant.* Id eſt, exactis totis novem aut ſeptem menſibus os pubis utraque parte dextra & ſiniſtra aperitur, atque os ilium utrinq; ab oſſe ſacro diſtrahitur, ut exitus facilior & ſalubrior fœtui excludendo ſollicitetur. Quæ interpretatio poſtremæ particulæ licet Foëſio viro doctiſſimo non probetur, referatq; totam ad menſtruam purgationem, tamen quæ præcedunt verba me ab hac prorſus avocant, ad illam vero amplexandã quam nunc ſector, præcipitem agunt. Ergo præcedunt talia: Quibus nihil intra „ conſtitutum tempus accidit, ſingulis „ partus vitales fiunt, ubi docet iis mulieribus vitalem futurum fœtum quibus intra ſtatum tempus partus nulla læſio accidit. Contra eas abortire aut fœtum

* *Sect. 3. lib. 2. Epid. & lib. 6. ſect. 7. in verſione Corn.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

minime vitalem edere quas intra prædictum tempus lædi contingit. Læduntur autem 1 aëris mutatione, 2 alui profluvio, 3 febre acuta, 4 vehementi ſaltatione, onere violenter ſublato, terrore, animi perturbatione. Sequitur altera particula *apparentia in quibus menſibus fiant*, id eſt, medicus advertere debet, & diligenti animo conſiderare quæ in gravidis apparent. Videat igitur ſi quid effluat ab utero, quo idipſum accidat menſe: ſi enim ſemel aut bis, hoc eſt, primo & ſecundo à conceptione menſibus, nihil mali portendunt, ſin deinceps per menſium circuitus ſemper apparuerint, 5 fœtum non eſſe ſanum ſignificabunt. Præterea venit conſiderandum ſi pravus appetitus, quem cittam vocant, iis accidit, quo is ipſe menſe incidit: ſi enim tribus primis menſibus oritur, nihil mali ſignificat, quod ſi ſequentibus invadat, magnam pravorum humorum in corpore copiam, quã nec fœtus jam grandior factus abſumere, nec vomitione crebra expellere, adeſſe mon-

1.*lib*.3.*aph*.12. 25.*aph*.34. 35. *aph*.55. 4 *de nat. pueri*.
5 *aph*.60. *ſecti*.6.

monſtrabit.* *Tertia vero ejuſmodi eſt, labores in circuitibus, quicquid in ſeptuaginta movetur in triplicitate perficitur*, quæ particula exponit labores, qui circa fœtus eductionem fiunt, dum ſuo maturitatis robore diſruptis membranis & calcitratione exitum ſibi molitur. Quod contingere ſcribit triplicato ſeptuaginta dierum ad motum numero, qui ſeptem menſes totos complet. Poſt quos menſes exactos, quid reſtat niſi ut quo robore fœtus jam grandeſcens membranas adeo validas diſrumpere, eodem natura exitum commodum ac facilem fœtui præbeat, qui tandem vitæ hujus uſura, quanquam à lachrymis auſpicanda, fruiturus ſit? Commodior autem nullus dari poteſt, quam ſi juxta ſequentem particulam, poſt menſes dextræ & ſiniſtræ partes uteri hient atq; aperiantur. Unde concludimus quum tribus ſuperioribus particulis neutiquā menſium expurgationis mentionem faciat divinus Hippocrates, ſed potius totus incumbat, quod ſequens contextus indicat, ut conceptionis motus, & partus, quæ ſunt tria geſtationis futura præcipua tempora, præcepta tantum innuat,

* *Gal. 1. de ſympt. cauſis.*

hanc ad oſſium commemoratorum diſtractionem referendam eſſe. Quantum ad Galenum attinet, quia hujus naturæ miraculi nullo in loco mentionem fecit nec impugnavit, credo eum tacite Hippocratis ſententiæ aſſentiri voluiſſe. Avicennas quoque Arabum princeps manifeſto ſcripſit voluitque neceſſario, oſſa pubis & ilium in partu dehiſcere diſtrahique, his verbis: * *Et quando ſeparatur fœtus, aperitur matrix apertione tali, cujus ſimilem efficere non valet in alia hora, & neceſſarium eſt ut ſeparentur quædam junctura, & ſuſtententur adjutorio Dei excelſi præparante vel diſponente eas ad illud, deinde revertente eas in proximo ad continuationem naturalem, & eſt operatio illa de fortibus operationibus naturalibus.* Hæc ſunt propria verba interpretis Avicennæ, cui nulli Arabes repugnarunt. Hæ veterum medicorum ſufficiant authoritates. Sed Rabinorum & Hebræorum antiquitas agnovit, agnoſcitque adhuc iſtam oſſium pubis diſtractionē, corū cabala, ut ex commentariis Zoar Rabi Symeonis ben, id eſt, filii Jochaii † his verbis: *Haud facile quicquam aliud magis*

* *Lib.3. fen.21. tract.1. cap.2.*
† *In primum cap. Exodi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

magis mirandum in tota rerum natura reperias, quam diſtractionem illam oſſis pubis quæ fit in parturientibus, magno juvamento naturæ, ſeu potius providentia quadam Dei cui natura ipſa miniſtrat. Etenim nulla fieri poſſet quantumvis validiſſima vi & nixu, ſicuti nec in cornibus cervorum quæ quotannis decidunt, & denuo renaſcuntur. Hic eſt contextus Zoar qui ante mille & quingentos annos vivebat. Nunc ad experientiam veniendum eſt rerum omnium quæ fiunt magiſtram, & ad teſtimonium virorum fide digniſſimorum, quorum bona pars adhuc ſuperſtes vivet, qui mecum prædicta oſſa ab invicem diſtincta, & ſeparatim mobilia non modo digitis palparunt, ſed propriis quoque viderunt oculis. Quæ cum præſtiterimus, quis in poſterum nobis non modo non ſuccenſebit, opinionemque veterum rationibus quamplurimis, & experientia confirmatam totis viribus non propugnabit? quũ ea quæ viſui patent, æque certa ſint quam quæ certiſſima, immo certiora ſunt ea quæ videntur, quam ea quæ quibuſvis rationibus & authoritatibus comprobantur. Hiſtoriam itaque in medium adducam notatu digniſſimam, & huic rei accommodatiſſimam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Hiſtoria anatomica, ad ſuperius caput confirmandum aptiſſima.

CAP. VIII.

ANno Domini 1579. menſe Februarii in regio Chirurgorum Pariſienſium collegio, Andrea Maleſieu viro doctiſſimo & Chirurgo expertiſſimo, ejuſdem collegii tunc temporis præfecto, Jacobus Amboſiamus in artibus magiſter & in Chirurgia bachalaureus (nunc autem in utraque medicina doctor & medicus regius) pro more collegii & bachalaureorum Chirurgicum ſtadium percurrentium, cadaver muliebre ſecuit, omnes & ſingulas ejus partes miro artificio demonſtravit, morborum ſedes & remedia, quæ præſertim manuum opera egent, expoſuit. Mulier iſta annos circiter viginti quatuor nata, criminum Cenſoris ſententia & judicio, authoritate ſupremi ſenatus confirmato, laqueo ſuſpenſa fuit decimo à partu die, propterea quod fœtum ſtatim ab enixu neſcio quo malo genio impulſa, pro-

propriis manibus interfecerat. Quo in delicto deprehenſa, in carcerem conjecta eſt: poſtridie vero ſuſpenſionis diei ejus cadaver anatomiſari cœpit à dicto D. d'Amboiſe præſentibus D.D. Chirurgis infra ſcriptis: aderant igitur M. Robertus Gaignard decanus, Nicolaus Anglus, Franciſcus Nodeus, Guillelmus Sylvius Chirurgus Regius, Ambroſius Pareus primarius Chirurgus Regius, Ludovicus Brunus, Joannes Amboſianus Chirurgus Regius, & in caſtelleto Pariſienſi pro Rege juratus, Joannes Inſulanus, Joannes Cointeretius Reginæ matris Chirurgus, & in caſtelleto pro Rege juratus, N. Nodeus, Rodolphus Fortis, Richardus Hubertus Chirurgus Regius, Petrus Pigretius Chirurgus Regius, Antonius Portallus Chirurgus Regius nunc Primarius, Jacobus Dioneus Chirurgus Regius, Andreas Maleſieu dicti regii collegii præfectus, nos Severinus Pinæus, Iſmaël Lambertus Chirurgus Regius, Hieronymus Noëus Catharinæ Mediceæ Reginæ matris Chirurgus, Petrus Caballus, Simon Pietreus, Urbanus Baliſterius, Jacobus Guillemeus Chirurgus regius. Cum his omnibus D. & Magiſtris in Chirurgia receptionis ordine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

dine hic ſcriptis, aderant quoque diſcipuli & in chirurgia bachalaurei Ludovicus Hubertus, Philippus Collotus ambo deſignati Chirurgi regii, Jodocus Bellovacus & Claudius Viardus: præter hos aderant externi M. Laurentius Jobertus doctor medicus, & in Academia Monſpellienſi profeſſor Regius, & M. Bartholomæus Cabrollius Monſpellienſis Chirurgus, ambo in Anatomia verſatiſſimi, qui tunc Lutetiam regis juſſu venerant. Aderant denique Medicinæ & Chirurgię quidam ſtudioſi, & prę cæteris diligentiſſimi Anatomici, quos ſuperioribus annis docueramus artem ſecandi non modo humana, ſed etiã quæ manibus offerebantur aliorum animalium cadavera, in quorũ numero erant (ni fallor) P. Eraldus, Hieronymus Copæus ambo Campani, & Gaſparus Bauhinus Baſilienſis apud ſuos nunc clariſſimus medicus & profeſſor ſimplicium & Anatomes electus omnium cupidiſſimus, quem, ob eam cauſam & propter ejus patrem utriuſque medicinæ peritiſſimum aliàs collegam noſtrum ſummo amore proſequebamur. Coram omnibus viris prædictis prima demonſtratione ſubjecti incepta, à quodam noſtrum

mota

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

mota eſt quæſtio, idque data opera propter præſentiam dictorum dominorum Joberti & Cabrollii Monſpellienſium. An, ſcilicet, venæ mammariæ *deſcendentes & epigaſtrica aſcendentes* coëant, fiatque manifeſta vaſorum communio in medio epigaſtrii interne in muſculo recto, & externe in panniculo carnoſo, ſeu potius adipoſo: qui communis conſenſus eo facilius & apertius videri debebat, quo recentius mulier pepererat, qui ſanguis, ſi matres ſuos lactent pueros, per vaſa ejuſmodi ab utero cæteriſq; inferioribus partibus, & per alia à ſuperioribus ad mammas ut lac fiat, ferri debet. Si vero pueris non præbeantur mammæ, per uterum idem lac expurgatur, quod à mammis eo derivatur mediantibus vaſis iſtis mammillaribus & epigaſtriis, ut nonnulli volunt. Alii vero dicunt lac à mammis remeare in venam cavam aſcendentem per mammariam, & tandem in truncum deſcendentem, & ab eo per renes & ureteres in veſicam, aut per venas ſpermaticas in uterum, aut per utramque ſimul viam, quem utrumque modum ſæpius videre licet in recenter fœtis quę nutrices non ſunt. Hunc vaſorum epigaſtrico rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

corum conſenſum multiplicem & perſpicuum vix admittere volebant Monſpelienſes, ſicuti ſchola tota Monſpelienſis fere non admittit. Quam tamen obſervationem, id eſt, vaſorum communionem, non tantum in mulieribus, ſed etiam in viris cujuſcunque ætatis fuerint, ſemper veram animadvertimus. Ex hac quæſtione in aliam majoris momenti incidimus quæ erat ejuſmodi, An in partu mulierum oſſa pubis & ilium, hæc ſcilicet ab oſſe ſacro, & illa ab invicem diſtrahantur necne? Mota quæſtione quiſque ſuam proferebat ſententiam: major autem pars eorum qui aderant negabat prorſus iſta oſſa diduci poſſe, alii vero affirmabant; alii neque in hanc, neque in illam partem inclinabant, ſed dubii omnino tacebant. Dubium autem iſtud ſtatim ſolutum fuit, veritaſque ex tempore eluxit: accepto enim altero cadaveris femore, ſeu crure integro, ſublevatoque eo, cute minime ſecta, ſed integre ſervata cæteriſque ſymphyſi ſuperpoſitis partibus, os pubis ejuſdem lateris attollebatur, ſupraque alterum latitudine ſaltem medii pollicis unius eminebat. Quod oculis digitiſque ab omnibus veriſſimum judi-

caba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

cabatur, ut facilius meliuſque videretur, crus alterū ſupini cadaveris ſuper menſa locati ſumme extendebatur, nulloque modo iſchii flexo articulo ambabus alteri natium ſubductis & ſubſtractis manibus ſurſum os pubis cum minimo conatu attollebatur, & cum eo os innominatum totum, quod, ut dictum eſt ſæpe, componitur ex tribus iſchii videlicet, pubis & ilii oſſibus, quæ in ea ætate penitus coaluerant per ſymphyſin quæ eo loci fit ſine medio: unde poſticas duas ſynchondroſes multo laxiores fuiſſe ſolito, neceſſario concludimus. Eo enim quo diximus modo, elato crure, innominatiſque oſſibus reſupinati cadaveris, os pubis lateris ejuſdem ſua ſpina latitudine medii tranſverſi digiti à ſuo congenere diſtabat, atque ei ſuperveniebat: contra vero ſublatis manibus, & æqualiter poſitis natibus æqualis oppoſito apparebat: altero vero crure elato illud quod prius eminebat, inferius conſpiciebatur, unde plures non abs re mirati ſunt.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

De quorundam rationibus contrariis, & earum refutatione.

CAP. IX.

QUibus peractis, viſis & tactis ab omnibus & ſingulis qui aderant, viris doctiſſimis, alii certiores facti ſunt, ſententiaſq; ſuas confirmarunt, alii qui prius iſta ignorabant edocti ſunt, alii vero, quorum maxima turba eſt, cervices induruerunt, rationeſque contrarias in medium adduxerunt. Horum autem prima eſt: quod de quodam particulari axioma faciendum, regula inſtituenda, aut lex ferenda non eſt. Nam quod viſum in eo cadavere erat, fortaſſe in nullo unquam alio videre licuit, aut licebit, dixerunt: ſecunda, quod oſſa iliûm & pubis inter ſe cum oſſe ſacro compages adeo conſtricta eſt ſemper, ut non niſi magna vi & acutiſſimo cultro & malleo adactis ſeparari poſſint. Tertia, quod partus ſit tanquam criſis quædam quę fit jam grandiori fœ

tu,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tu, qui quia ſatis alimenti amplius à matre accipere non poteſt, idcirco ab ejuſdem utero exire, foraſque egredi contendit, ut alimentum atque ſpiritum per os & fauces, deinde hunc per glottida & ejuſdem ſinus aſperam arteriam & pulmonum bronchia in cor: illud vero per œſophagum in ventriculum trahat recipiatq; : quare ut iſta pueri emiſſio fiat, nullum præſcribitur medicamentum, ſed opus iſtud totum naturæ committitur. Quarta ratio: Quod ſi ſynchondroſes dilatarentur, diſtraherenturque oſſa, fieret tanquam παράρθρωσις aut διαχίνυμα oſſium quæ reliquum ſuſtinent corpus: quā ob cauſam mulieres ante partum, in partu, & aliquot diebus poſt partum incedere nullo modo, neque ante aliquot ſeptimanas curari poſſent. Quinta ratio ſumitur à dictorum oſſium naturali ſeparatione, quæ ſemper ut mulieribus, ſic etiam viris ineſt, qui tamen ea dilatatione non indigent: fœtus ſiquidem non emittunt, ſed uterq; ſexus ad diviſionem partium dexterarum à ſiniſtris illam habent. Sexta ratio eſt: quamvis capita pueri habeant corporibus multo craſſiora propter cerebri amplitudinē, nulla

tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tamen eorundem capitum oſſa cum naſcuntur perfecta ſunt, aut ſeſe mutuo ut poſtea cum ſuturis excipiunt, ſed ab invicem diſtincta videntur penitus, & inter ſe tantũ membranulis ſua laxa ſyntheſi, connexa ut tempore partus & in egreſſu ab utero matris obſequantur, conſtringique caput fœtus innoxie patiatur, ſicque facilius dicti pueri expellantur, qua laxitate & obſequentia proinde non eſſet opus, inquiunt, ſi oſſium dictorum pubis fieret ab invicem, & iliũ ab oſſe ſacro diſtractio. Ad eorum ergo examen redeundum eſt. Prima ratio eſt ex falſa hypotheſi, qua veterum opinionem evertere conantur, atque naturæ motum & actionem denegare: volunt enim quod in omnibus fit, idipſum perraro & in quibuſdam tantum fieri, cujus rei contrarium ſatis ſuperque ratione & authoritate probatum eſt, experientiaque quotidiana confirmatum, Quantum vero ad ſecundam rationem attinet, tantum abeſt ut oſſa pubis ſint adeo conſtricta inter ſe, ut ajunt, ut non niſi magna vi & difficultate ſeparari poſſint, quum potius in quolibet ſene id facile præſtetur, ſi cultrum acutum habeas, qui dorſo aciei fere æqualiter

tenui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tenui prædítus ſit: nunquam enim eorum intermedia cartilago ſicceſcit, niſi per morbum occaleſcat. Quod tamen rarum eſt, & an aliquis unquam viderit, dubito: quantum ad me, nunquam iſtud vidi, legi aut audivi, etiamſi centena oſſium millia Lutetiæ & alibi viderim, quæ adhuc expoſita ſunt cuilibet videre cupienti. Semel autem vidi utrumque os ilium cum oſſe ſacro, & bis horum alterum tantum cum prædicto oſſe ſymphyſi unitum accidentaria διὰ τὴν humorum pituitoſorum σύφραξιν ibi congeſtorum, & eorundem concretionem atque in oſſeam ſubſtantiam aut callum, ſi velis, oſſeum converſionem. Sæpiſſime vertebræ ῥάχεως nunc plures, nunc pauciores ſimul conjunctæ, aut, ut verius dicam, unitæ, & tanquam in unum os redactæ viderentur: figuram nunc rectam nunc curvam intro vel extra, vel ad alterutrũ latus inclinatum habentes: unde λόρδωσις, κείφωσις καὶ σκολίωσις cæteraq; ſpinæ vitia fiunt. Quæ vitia, ut obiter dicam, hic Lutetiæ frequentiſſima ſunt, & ubique in Gallia apud ditiores & nobiliores familias, maxime vero puellas infeſtant, quas, ut inquit ſenex Cherça in Eunucho apud Terentium,

tium, * *Matres ſtudent demiſſis humeris eſſe vincto pectore ut graciles ſient. Nam ſi qua habitior paulo, pugilem eſſe ajunt, ob id deducunt cibum, tametſi bona eſt natura ut reddant curatura junceas.* Sed longe aliter ſæpius accidit quam cupiunt aut ſperant ſupradictæ matres: nã cum iſta fiant puellis antequam ad juſtam magnitudinem pervenerunt, propter nimiam thoracis & trunci corporis conſtrictionem, impeditur naturæ motus, ejuſque opus depravatur. Quare ſi erectum maneat corpus ejuſq; ῥάχυς non vitietur, ſaltem anguſtior fit thorax, unde pulmonibus morborum fœtura & ilias accidunt defectu amplitudinis, id eſt, latitudinis & profunditatis ejuſdem thoracis. Sed iſta leviora ſunt, graviora vero prædicta & quæ ſequuntur ſymptomata, nempe totius ſpinæ contortio unde gibboſitas & obſtipitas multiplex, ſpirandi difficultas, pulmonum fere perpetuum eryſipelas, ſitis continua, arida & inanis tuſſicula, faucium aſperitas & cæt. Ex his autem vitiis τῆ ῥάχεως σκολίωσις cæteris eſt frequentior, eaque in latere citius dextro quam in ſiniſtro, ita ut ex quinquaginta vix duas reperire liceat,

* *Actus* 2. *Scena* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ceat, quæ non habeant ſcapulam ejus lateris elatiorem & tumidiorem. Quod experientia docet, atque ſartores qui illis veſtes conficiunt, quibus exornantur, affirmant atque teſtantur. An vero id accidat propter dexteri brachii frequentiorem ac validiorem motum, an propter hepatis & pulmonis ſitum magis in dextro quam in ſiniſtro latere, an propter utrumque, cuilibet judicandum relinquo. Aliarum quoque partium cartilagines in oſſa convertuntur, quæ aliis ſunt partibus appenſæ, aut partem aliquam per ſe conſtituunt: quales ſunt laryngis cartilagines, coſtarum, xiphoidis & coccygis præcipue. Sed adferunt adverſarii in medium, ut rationem firment, roborentque ſuam, partum naturalem criſin eſſe, quod admittimus, ſed critice quoque prædicta oſſa ab invicem diſtrahi aſſerimus, magis quidem in aliis, in aliis vero minus pro magnitudine & craſſitie fœtuum, ut in aliis citius, in aliis tardius pro humoris copia & corporis totius exercitatione, & præſertim ambulatione breviori aut longiori, & partis ſiccitate aut humiditate: quartam vero eorum rationem demiramur, quã ob cauſam dicant, velintque luxationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

fieri ſi dilatentur oſſa pubis ab invicem, cum luxatio fiat in articulis, non in ſymphyſibus. Quod Hippocrates ſcripſit, quando inter oſſium diſtractionem, quę ſymphyſeωn propria eſt, & luxationem articulorum fecit diſtinctionem: certiſſimum eſt enim dolorem ſentire mulieres, præſertim tempore partus ante & poſt circa ſynchondroſes prædictas, qui aliunde accidere non poteſt quam ob extenſionem ſynneuroſeωn, ſeu perioſtiorum veris ſymphyſibus ſuperinductorum: quæ extenſio fit quando oſtreorum more, oſſa neceſſitatis ergo dehiſcunt atque diſtrahuntur, ut illa ad eſum aperiuntur, quæ vix aliter, niſi ab experto artifice ferrum validum & acutum præ manibus habente. Quæ oſſium diſtractio poſt partũ ſenſim pereunte cauſa, abſumpto humore mucoſo videlicet, in dies reparatur atque reſtringitur ſolo naturæ inſtinctu & beneficio, ſed non tam exacte quam antea, quandoquidem quæ vi dilatata ſunt, nunquam ad priſtinam conſtrictionem redeunt, niſi Rhagades aut dura quædam cicatrix præter naturam acciderint. Contra vero fracta, ambuſta, lacerata & eroſa quæ fiunt, magis quam antea contrahuntur, cicatrice

trice

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

trice inducta, niſi partium excarnium cuti acciderint, idque in juvenibus: tunc enim augentur cicatrices, quia extenditur cutis propter oſſium ſubjectorum augmentum. Quod vero pro quinta ratione adducunt, in viris nempe, ut in mulieribus, oſſa prædicta diſtincta eſſe, mirum non eſt: ſiquidem viri qui ſpeciei individuum & ſexum conſtituunt præcipuum, ſuntque fœminis multo perfectiores, omnes partes, quæ in homine (cujus ſunt forma) eſſe debent, habent, præter eas, quæ neceſſario fœmellis, quæ materiam referunt, inſunt, ad ſexus differentiam, ut eſt uterus cum ſuis partibus. Quare dicendum potius erat mulieres oſſa habere diſtincta, ut viros, quam viros ut mulieres, quum iſta ſynchondroſis nihil faciat ad ſexus differentiam. Vides igitur jam quinq; contradicentium rationes omnino convulſas: ad ſextam & ſeptimam ſtatim in ſequenti capite deveniemus: ſi prius adhuc quædam, quæ ad quintæ eorum rationis confirmationem conferunt, infirmaverimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Hoc capite narrantur adhuc quædam quæ quintam adverſariorum rationem labefactant, deinde ſexta refutatur, & denique his multo obſcuriora in corporibus hominum fieri oſtenditur.

CAP. X.

QUoniam igitur corporis humani duplices ſunt partes generales, dextræ & ſiniſtræ, oportuit terminum communem utriſque adeſſe præcipue in trunco, cervice & capite quo circumſcribantur illæ. Hic terminus linea eſt, quæ quia rotunda, oblonga & ovalis eſt, nullum habet principium neque finem, fingi tamen poteſt quovis in loco circuli, ut ſi vis à medio oris inter labra duo, deinde per medium labri ſuperioris & philtri, dorſi, narium, glabelli, frontis, ſincipitis, occipitis, cervicis, tergi, racheωs rachitidiſque totius ſi velis, natium, ani, perinæi & ſcroti virorum, vel interfeminei mulierũ, pudendorum ſexus utriuſque, pubis, lineæ albæ, & totius epigaſtrii, umbilici, ſterni, colli anterioris, menti, genæ & labri infe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

inferioris ducatur linea donec ad principium ſeu punctum à quo incepit, pervenerit, dividentur omnes corporis partes in dextras & ſiniſtras (ſic tamen ut nec undequaque circumſcriptionẽ iſtam habeant propriam, nec undequaque etiam conjunctæ ſint, ut vult Gal.†) paucis quibuſdam exceptis interioribus, liene præſertim, qui totus in ſiniſtro latere eſt, ut cyſtis fellis in dextro. Quare mirum non eſt ſi os pubis dextrum à ſiniſtro dividatur perpetuo in utroque homine, viro nempe & muliere: qua diviſione natura abutitur in partu naturali mulierum ad facilitandũ egreſſum pueri, ut mammis ad eundem alendum: mammas enim habent primario mulieres ad cordis & pulmonum calorem fovendum, & etiã parvum Clitorida tanquam colem ſeu penem, ut dictum eſt ſæpius antea, quo non tantum excitantur ad Venerem, ſed etiam ut perfectioris individui compoſitionem imitentur. Et quę pro ſexta & ultima ratione contradictionis adducunt, nimirum laxitatem capitis ut facilior ſit partus, admittimus quidem: ſed iſtam oſsium pubis

† *Initio capitis primi libri primi de uſu part.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

inter ſe & iliûm cum oſſe ſacro dilatationem impedire negamus, maxime ſi fœtus grandes, id eſt, longi & craſſi fuerint, imo plurimum juvare cenſemus. Si enim natura oſſa capitis non perfecerit in utero, neque ſuturas ullas his effinxerit, ut deflexis oſſibus & utcumque compreſſo capite fœtus in enixu facilius expellantur utero, exeantque foras: quanto magis in dilatandis maternis oſſibus ſagax & provida eadem erit, contra eorum opinionem qui iſta oſſa dilatari negant. Præterea ignobiliores partes nobilioribus ſemper miniſtrant & obſequuntur, necnon continentes ſeu externæ, non tantum dilatari, ſed etiam ſecari tuto poſſunt, ut internis ſuccurratur, ut Gal. ait. At nemo ſane eſt mediocriter in medicina verſatus, qui non noverit pueros in utero contentos multo nobiliores eſſe maternis oſſibus, pelvim, ut vulgo loquimur, conſtituentibus. Quare oſſa pubis ab invicem neceſſario, & oſſa iliûm ab oſſe ſacro diſtrahi in puerperio naturali concludimus, à qua ſententia, etiamſi adverſariorium rationes fieri herculeæ videantur, ne latum quidem unguem diſcedere decrevimus, nec ipſi ſilere quod in tanto

cœtu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

cœtu celeberrimorum ac doctiſſimorũ virorum ſemel in ſcholis Chirurgorum & alibi ſæpius vidimus, tetigimus, aliiſque oſtendimus. Quæ cauſa fuit cur noſtrum hunc qualemcunque libellũ ſcripſerimus, atque ediderimus in lucem, ut rationibus hinc inde in medium adductis atque agitatis, unuſquiſque (ſiquidẽ omnium intereſt) experiatur ac judicet. Exiſtimamus enim iſtam controverſiam tanti eſſe momenti ut à nemine negligi debeat, imo vero omni ſtudio ac judicio dirimi ac diſcuti, præſertim ab iis qui gravidarum & parturientium curam ſuſcipiunt, ſive Medici, Chirurgi, Myropolæ, obſtetrices, cuſtodes & clinicæ mulieres fuerint, ut cognita veritate, præſidium à quo fere tota fœtuum & mulierum parturientium ſalus pendet, non omittatur. Natura enim ſæpius ſola dilatationem machinatur neceſſariam, aliquando vero, ut in pluribus aliis excretionibus & actionibus naturalibus, miniſtris & artis operibus indiget atque aſſumptis, ſive alimenta, ſive medicamenta fuerint, quibus robur utrique, matri videlicet & fœtui addi poſſit, nec non admotis, quæ vias referent dilatentque, per quas emiſſio fieri debet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Hujuſmodi vero præſidiis indigent neceſſario quæ imbecilliores, ſicciores & anguſtiores ſunt mulieres, & hæ maxime quarum pueri in utero debiles ſunt, quod ex eorum motu raro, parvo aut penitus nullo diſcitur. Deſinant ergo viri docti iſtud naturæ miraculum negare, quum alia longe obſcuriora naturæ beneficio omnium conſenſu fiant, ut puris à renibus aut ab ulcere aliquo per anum rejectio, & ejuſdem à centro corporis & membri alicujus craſsioris per media oſſa ad cutim & ejus poros evocatio & reſolutio, ut lactis à mammis per urinas aut uterum, aut utrumque evacuatio & expurgatio: à capite, cathartico aſſumpto, craſsioris pituitæ in ventrem inferiorem & inteſtina deturbatio. Quæ omnia prima fronte cuilibet impoſſibilia videbuntur, quum tamen ſint veriſſima & naturæ, etiamſi per cæcos ductus, fiant familiariſſima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Vanam eſſe eorum rationem, qui retroflexionem Coccygis volunt plurimum conferre partui, oſtenditur.

CAPUT XI.

SUpereſt ut de Coccyge quam volunt tranſeunti fœtui cedere nonnihil dicamus: ad eum enim tanquam ad ſacram anchoram confugiunt adverſarii. Coccygis igitur duplex eſt acceptio, una quæ recentiorum eſt, altera Galeni & veterum. Secundum Galenum * enim Coccyx conſtat tribus tantum oſſibus eodē penitus modo inter ſe unitis cum inferiori oſſis ſacri vertebra, quo tria dicti oſſis ſacri, & ipſiuſmet Coccygis oſſa inter ſe uniuntur, quæ utraque, nempe oſſis ſacri & Coccygis oſſa, ante & retro in ſuis ſymphyſibus (non enim per articulum ut partium ſuperpoſitarum vertebræ conjunguntur, etiamſi ginglymi illius qui fit inter tria oſſa ſpecimen aliquod ineſſe videatur) perforata ſunt, per

 eaque

* *Lib. de oſſ.*

eaq; foramina nervi à fine ſpinalis medullæ producti exeunt. Habent etiam ſuos ſeptem proceſſus, quemadmodum & reliquæ ῥάχεως vertebræ, duos videlicet aſcendentes & totidem deſcendentes, duos tranſverſos & poſticum unũ: undè Veſalius ſex oſſis ſacri partes ſeu oſſa conſtituit. Coccygem vero ſuam quatuor aut trium tantum cartilagineorum oſſium compage conſtare voluit: quæ oſſicula Veſalio coccygem conſtituentia, Galeno revocantur inter cartilagines extremitatibus nudarum partium appenſas: quarum uſus eſt partes producere,& durioribus corporibus exterius occurſantibus cedere, quia ſi fuiſſent oſſeæ, ſæpiſſime frangerentur: hujuſmodi ſunt auriculæ, pinnæ narium, xiphoeides cartilago & recentiorum dicta Coccyx. Os vero ſacrum Galenus tribus tantum conſtare oſſibus vult, quę ſuis latis & patẽtibus proceſſibus tranſverſis oſſa iliûm admittunt, ab iiſdemque viciſſim admittuntur, ſicque mutuo ſtabiliuntur, atque per ſynchondroſin uniuntur, reliquumque corpus ſuper ipſis tribus ſacro nempe & duobus iliis ſupra infraque formatur atque movetur. Sed unum animadvertendum eſt, in com-

in compage iſta oſſium ſacri & coccygis ſæpius reperiri tantum quinque oſſa, idque frequentius in mulieribus & parvis viris quam in aliis grandioribus, & tunc temporis cartilaginem Coccygem conſtare quatuor oſſibus mobilibus ſemper, non quod habeant muſculos quibus moveantur: ſed quod tranſeuntibus per inteſtinum craſſioribus excrementis, aut ex utero egredientibus pueris retro facile cedant, ut intro, ſi forinſecus pellantur, convertuntur. Quę cauſa prima eſt cur iſta Coccyx recentiorum & cartilaginea compages Galeni nunquam nocere poteſt: altera vera ratio eſt à ſitu inferiori petita: quando enim ad iſtam Coccygem ejuſque articulum ſeu ſyntaxim pervenit fœtus egrediens, jam anguſtias maternas evaſit. Quare concludere non veremur eorum Coccygis retroceſſionem & ejus utilitatem in partu jejunam admodum eſſe & penitus nullam, ſed ejus uſum eſſe neceſſarium quidem, ut extremitatem recti inteſtini fere extra natium muſculos, adipem & cutem in carnoſis & bene quadratis hominibus ducat ſuſtineatq;, ut Galenus & Sylvius noſter voluerunt. Coccyx vero adeo conſtricta eſt cum oſ-
ſe ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſe ſacro & unita ut frangeretur potius quam retro moveri & cedere poſſit immoto oſſe ſacro: quare neque hanc neque illam juvare dicimus. Hæc ſunt quæ de partu naturali dicenda habuimus: in quo ſi ſegnior, tardior aut imbecillior natura videatur, nec dilatationem partium inferiorum commodam promoverit, indeque dolores urgeant, neceſſario juvanda eſt præſidiis convenientibus & accommodatis, quorum magna ſuppellex habetur: Alia enim generalia ſunt, ut alimenta optimi ſucci, medicamenta præcipue cardiaca, copia ſpirituum prædita: quæ omnia per os aſſumpta robur utrique, matri ſcilicet & fœtui, adferunt: & alia dilatationem feſtinant totum corpus calefaciendo, ut deambulatio, aſcenſus, deſcenſuſque frequens & feſtinus, & balneatio. Alia vero ſunt particularia, ut clyſteres, olea, linimenta, emplaſtra, fotus, ſymphyſeωn regionibus appoſita: alia fœtida naribus admota, atque ſternutationem excitantia, quæ matricem deorſum & cum ea fœtum pellunt. In quibus topicis faciendis & admovendis cautio adhibenda eſt, ut omnia nimirum ſint emollientia & relaxantia, quibus non odorata ſolum,

ſed

ſed etiam τὰ δὲ ἀρωματικὰ, quæ bonum, plenum & perſeverantem habent odorem, miſceantur, ęa non rejiciendo quæ ſpecificavi, & à tota ſubſtantia agunt, quorum alia partem, nimirum uterum reſpiciunt, quem recreant & roborant: alia vero fœtum educunt & accelerare ſolent, quæ quandoque aliis miſcentur, aut ſola parturientium cruribus interne alligantur, alias denique in ſinum pudoris immittuntur. De quibus omnibus vide Dioſcoridem, & ejus commentatorem Mathiolum, * alioſque authores tum veteres, tum recentiores: quorum alii ſimplicia in unum congerunt catalogum: alii vero plures formulas ex iis præſcribunt: in quibus idcirco recitandis & præſcribendis non diutius immorabimur.

Lib. 1. & 3. materiæ Med. & alibi paſſim.

FINIS.

LUD. BONACIOLUS

FERRARIENSIS

DE

Fœtus formatione

AD

Lucretiam Ferrariæ Duciſſam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

LVD. BONACIOLVS FERRARIENSIS DE Fœtus formatione AD Lucretiam Ferrariæ Duciſſam.

De Vteri partiumque ejus conſectione. CAP. I.

MUNDUM in abſoluti orbis ſpeciem conglobatum, æterno ac irrequieto ambitu, inenarrabili celeritate, atque incredibili concentus ſuavitate circumactum (quem vocula alia cęlati argumento vetuſtiſsimi cœlum appellavere) jure ſapientiores pluſquam ſatis admirari, nemo quiſquam ibit inficias. Animantium autem in eodem natura, nullius prope partis contemplatione inferior cenſetur. At omnium admirationem noviſsima hominũ compago, ſtructuraque inſigniter præcellit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Quos cum ſummo illi Opifici omniumque optimo Conditori individuorũ immortalitate impartire minime placuerit, eoſdem tamẽ (generis miſertus humani) ſucceſſione quadam propagationeque ſpeciei æternitate donavit. Idipſum vero ſimilium procreatione humana fragilitas, avidaque nunquam deſinere mortalitas (virilibus à Saturno cœli patris jamjam abſciſſis, in mareque projectis) maribus fœmellas ineuntibus aſſecuta eſt. Ut vero mulierum uterus, ex quo tam miranda humani generis machina faberrime ortum traxit, in ſupremam omnium admirationem animum non agat, fieri quî poteſt? Enimvero natura rerum parente, ſexuum diſcrimine, alterum ab altero, quoad ejus fieri quit, interſtinguente, alter maris, fœminæ alter, nomenclaturam ſibi vendicat. Quandoquidem quæ animal gignere queunt, aut in ſe ipſa prolificam genituram, (qua ingeſta animalia conſtituantur) mittere operæprecium ſit, fœminam quod in ſe, marem quod in alterum profundit, antiquitas procul dubio nuncupavit. Quo fit, ut rationis quidem diſcrimen ita exultet. At cum & facultate & munere quodam hæc, præter id,

terid, diſtinguantur: accommodato autem ad omnem officii functionem inſtrumento opus ſit, corporiſque partes facultatibus, earũ inſtrumenta, accommodentur: ad prolis quoque procreationem & initium, partes aliquas eſſe accommodatas, eaſque inter ſeſe, quibus à fœmina mas differat, diſſentientes oportet. Nam etſi de animali toto, mas aut fœmina dicatur, attamen non quavis ſui parte potentiaque, quin certa quadam virtute & parte, idem mas fœminave cenſetur. Ejuſmodi vero partes, fœminæ quidem uteri & vulvæ, mari colei coleſque ſunt. Quæ in humano ſane genere formæ inter ſe longo interſtitio abſcedunt. Colis namque à vulva tantum abeſt, ut eidem nihil contrarium magis eſſe videatur. Etenim contra quam colis plane formata eſt. Siquidem cava hæc, pubi ſubdita: ille foris propenſus ac prominens exiſtit. Cæterum homines aſſidue (haud perpetuo) ſuos ſibi ſervaſſe ſexus dilucide liquet. Contra nonnunquam convariare, ex fœminiſque in mares mutari (tametſi rarenter) neque dubitatum, neque fabuloſum eſt. Probatiſſimorum namque conſenſu movemur. Proindeque pueri-
lium

lium hæc deliramentorum commenta eſſe (quanquam nihil adeo mirum aliud, quam hæc placuiſſe Diis conſpicio) neutiquam exiſtimanda ſunt. In annalibus ſiquidem, Licinio Craſſo, Caſsio Longino Coſſ. Caſini puerum ex virgine ſub parentibus effectum, in deſertamque aruſpicum juſſu inſulam delatum, dignisſimos autores lectitaſſe cõpertum. Atqui Licinus Mutianus Argis viſum à ſe Ariſtontem, cui Areſtuſæ nomen prius fuiſſet, nupſiſſe etiamnum, mox & barbam & virilitatem ſuperveniſſe, uxoremque fauſte (ut fas eſt credere) duxiſſe, prodidit. Ejuſdem ſortis & Smyrnæ puerum ſeſe noviſſe refert. Quin etiam illud ſatis mirari nõ queo, quod Plinius in Africa in marem commutatum, qui pridie fœmella fuerat, nuptiarum die, Lucium Coſsitium Tiſdritanum civem vidiſſe ſe affimat. Eſſent & fabuloſa quoque nonnulla hac de re, quæ veluti expedientia præfari nos oportere, quiſpiam exiſtimabit, etiamnũ ſi fide careant, quandoquidem admirationem impleant, multumque etiam quod vero ſuperſit confiteri cogant: ſed ea conſulto atque ex induſtria prætermittimus, tum ne in fronte polita, mo-

dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

dum excedere videantur: tum etiã quia haud cuncta (quanquam maxima quidem, etſi rara, circa hæc exiſtunt) miracula inſtituti noſtri deſcribere fuit.

Quibus omiſſis, tanquam longo poſtliminio ad muliebria, quæ hominis inchoandi (cujus rationem aſſignaturi ſumus) domicilia ſunt, genitalia revertamur. quæ ideo prætulimus, quia iis commemoratis, non uteri tantum, ſed & conceptionis pariter dignitas ac claritudo adſtruetur: quorum nobis partes partiumque nomina, non vulgari modo, verum & vetuſtis, & poſtea inventis omni cura perquiſitis, cauſaque ac rerum ratione ſimul eruta nunc tractabuntur. Nam eorum reſectionibus ad integrum perpenſis, eo perduci videbimur, ut ſpectatæ illius procreationis cauſas & modum, ac denique quicquid de hac ipſa, quam quærimus re edoctũ nobis deprehenſumque ſit, in medium nos auſpicatius promulgaturos arbitremur. Principio autem concinna ſerie, contemplatione hac nobis pars illa, quã pudendam appellant, tractanda ſeſe ingerit, offertque: quæ non vel à valva porta, vel à volendo, eo quod inſatiabiliter coitum velit, atque deſideret (ut vulgus

vulgus retur) quantum mea fert opinio, vulva vocanda eſt; at eam paulo altius (ut perpenſio hæc barbarorum offenſam deprecetur) rerum luce repetita, pandendã duximus: quando nihil quidem mihi unquam potius fuerit, quam ut hujuſce obſcœnæ rei & ſingulas partes, & Latina illarum quæque nomina aperirem, quarum, ut ajunt, apud Græcos voculæ & tolerabilius ſe habent, & acceptæ jam uſu ſunt: at obſoletiora fœdioraque apud nos omni ferme Medicorum volumine famineque verba inſolentius jactitantur, ne verecundius quidem loquentium aſſuetudine quapiam commendata. Quo fit, ut explanatio hæc, & pudorem ſimul, & artis præcepta ſervantibus, difficilis evadat. Neque tamen ea res à ſcribendo me deterrere debuit, quandoquidem hoc mihi curæ fuerit, ut vel omnia, quæ frugi accepi, comprehenderem. Porro muliebrẽ naturam, genitale muliebre, os genitale, partem hanc pudendam nuncupari vidimus, cui carnis tuberculum hiulcum bifidumque puberibus maturitatis indicio, pube intectum honeſtatumque prominet: in cujus medio tuniculam utrinque adeſſe luce clarius eſt (hæc ipſa

& Nympha * & Cletoris vocitatur) qua equidem vulva intus, ita ut in maribus pars penis, quæ glans dicitur, præputii tergore tuetur ac cuſtoditur. Quamvis Ariſtoteles cutem eam, quam modo præputium diximus (etenim eo vocamento Juvenali in Judæos occentante:

Nec diſtare putant humana carne ſuillã,
Qua pater abſtinuit: mox & præputia ponunt.

nulla, ut reor, verborum novitate, cognominaſſe fas fuerit) nomine vacare, totum quod ex ea cute glandeque conſtat, præputium appellitans Theodoro interprete crediderit. Quod ideo primum aures perculit, in erroriſque ſuſpicionem animum pepulit: quoniam Plinium totius latinitatis parentem, eam membri partem nominitantem principia genitalium, non præputia appellitaſſe conſtat, iis verbis: *Lino vel papyro principia genitalium, femur medium, ad cohibenda urinæ profluvia*, quando ei quippe qui brevitati ſummopere indulſerit, præcipua, peculiarique uſu vocula, id cum facillimum, tum etiam, ut exiſtimo, elegantiſſimum adniodnm fuiſſet. Dein quia Hippocrates *a* ſen-

tentia-

* κλειθρίς. a *Hipp. lib.* 7. *Aph.* 28.

tentiarum verbis in Latinum ſermonem eodē autore verſis ſcribitur: *Quum præciſum os eſt, & cartilago, aut genæ particula tenuis, aut præputium, nec augeri, neque coaleſcere poteſt.* Qua de re, tametſi apud Grajos vocabulo ea pellicula careat, quidni apud Latinos æque vacare haud ſatis conſtat? In hac quoque parte verenda atque femoribus Veneris ſedem poni in aperto eſt: pudendæ namque partis attrectatione, vehementem excitari libidinem quem latet?

Hæc adeo aſpectu horrenda obſcœnaque viſu cenſetur, uti defunctarum etiam fœminarum cadavera (earundem alioquin pudori parcente natura) prona fluitent, quando virorum contra ſupina, quippe quorum natura prona haud pudeat. Cui ſane rei phyſicam (me judice) rationem oppido quam ſuffragari patrocinarique clariſſime dilucet. Nam mulieribus ventris alveum intercapedinemque amplam, atque vaſtiorem admodum, cum ob viſcera, tum etiam ob grandiorem fœtum (ſi quando eas utero graves fieri obtigerit) continendum, providàm conceſſiſſe naturam, vel re ipſa quiſque (modo ne mente captus) compertum habere poteſt: qui quum a-

qua

qua per muliebre potiſſimum genitale ingrediente, expleatur, turget, extuberat, ac denique ad ſummum faſtigiatur. Et ob eam rem ſupinam partem, prona impendio graviorem effectam, ſuopte ingenio ſuoque nutu, perinde ac ſi in lancibus æquato examine penderet, deorſum trahi, præſertimque præponderantibus ſubinde mammis eodem decumbentibus, jure obſervatum eſt. Contra, viris ampliore ſpacioſitate caveaque neutiquam indigis, anguſtus perexiguuſque venter eſt, qui etiamnum aqua ſupra modum oppletus, & in certiorem faſtum erigat, & ſpinæ coxendicumque oſſibus(iis quidem validiſſimis) minus procul dubio liberet: quandoquidem nec prominens extet, neque mammillæ, quæ iis tantillæ ſunt, ponderis quicquam penitus afferant. Ex quo evenit, uti eorundem cadavera ſupina (utpote quæ reſupina parte inſigni tantisper pondere præſtent) præpote naturæ vi urgente, fluitent.

Mulierum vero ori genitali nympham utrinque admotam, rerum naturam eo progenuiſſe, quo primo hoc munimento aera, ac cætera quæq; extra officere valentia, arceantur, credi par eſt. hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

itaque extima, ac omnium prima pars univerſæ plebis conſenſu ita diſpoſita eſt. Nobis autem intima penitioraque diligentius admodum ſcrutantibus, cervicis os aliquanto præſtantius, intra cletorem muliebri genitali annexum obiter occurrit: ſubinde cervix ipſa, ceu pars finitima, quæ vulvæ canalis, & ab Ariſtotele etiam matrix dicitur. Ab intimo qua uterus deſinit ore prolifico maris ſemini acceſſum præbens, aduſq; muliebrem naturam recto tramite protenſa cervicula hæc inchoat efferturq;. Verum ob ſui conſtrictionem in nonnullis mulieribus ad dexterum, in nonnullis ad lævum magis collabitur. At quoniam humidi excrementi ſuo genitali ſexus uterque exitum ſubminiſtrandum habet, huic veſicæ foramine directo pervius meatulus nervoſus cartilaginoſuſque parte ſupera annectitur: quæ lotii à renibus ad veſicam per venas, quas ureteres Græci, urinarios meatus Latini cognominant, delati fiſtula, intra muliebrem naturam ſita, nympha fatiſcente viſitur. hinc muliercularum lotium occurſante impetuque colliſa cletoride, tunica magis quam virorum inter mingendum perſtrepit. Etenim iter
idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

idem eſſe humidis excrementis & menſtruis, ut fœmellæ omnes prope dixerim ſciolæ exiſtimant, quemadmodum lotio ac ſeminali recremento, quadantenus in maribus minime opinandum eſt. Iis ſiquidem foramina duo, quorum alterum ad teſtes, alterum ad veſicam tendàt, intra eandem ſemitam convia eſſe deprehenduntur. Sed veſicæ fiſtulæ foramen humidis recrementis, menſibus vero uteri cervix illi contermina in mulieribus, egreſſum ſuppeditat: longitudo cujus palma communi uſu conſumitur: palmam hercule quatuor digitorum ſpacium intelligi volo, ut ex Vitruvio architecti tertio: Homo ex ſex pedibus, cubitus ex ſex palmis & digitis vigintiquatuor, quæ ſane magis minuſve ſecundum corporis molem corrumpitur, atque protrahitur. Amplitudo vero, quæ colem capiat, carnoſa admodum, cartilaginea, ut partus tempore fatiſcat, dilatetur plurimum, atque contrahatur; modice obdura', ne tranſmutationibus iis, paſsioni cuipiam obnoxia (quod alioquin facile contingeret) evadat: proindeque ut concubitus tempore genituram excipiens, tantiſper opportune attollatur. Quandoquidem immodica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

mollitie, partibus quibuſdam elevatis, alteris concidentibus, anfractus ſinuloſque prolifici ſeminis ſitum ad vulvæ grandiorem ſinum tranſitum prohibentes, molitum iri cognitum ſit. Quod ſi non celerrime hauſtum fuerit, longiorem in cervice moram trahens, ſpiritu gignitivo ocyſſime halante, genituraq; tempore ſuo prorſus privata, haudquaquam concipi poſſe ecquis dubitat? Incommoda fere totidem immodica duritie acciderent. Huic ſphærica cavitas, irrugoſa eſt, ut penis ſub ingreſſu tentigine, oblectamenti cauſa, afficiatur.

In cujus confinio nervoſa exilitas colligationibus, venuliſque tenuibus ex adjacentibus particulis exortis diſperſa contextave, minutiſſimis maculis interſtincta, invenitur: quæ integræ virginitatis teſtimonium affert, hanc eugion, vel hymenã vocitant, è qua coitu primo ſciſſa, cruorẽ emanare apertiſſime conſtat. Quæ tamen membranula non minus perinde atque cancellus quidã vulvæ oſtio obtenditur, quod poſt cervicem mox ordinatur. Porro nonnullæ ſubdolæ fallacioſæque ſunt, quæ vitiatæ genitalia ex pulicaria, pulegio, agno caſto, æquis portionibus, diſcocta aqua

foveant:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

foveant: demum contritum ex vino auſtero alumen, in lana naturę ſublabient. Atque ita præſentaneis iis medicaminibus, poſt multos concubitus eas partes ſurrugantes, adeo callide exilitates illas effingunt, ut invitiatæ rudioribus admodum appareant. Uteri itaque os (internum illud oſtium, qua loci deſinunt, & cervix inchoatur intelligo) eatenus nervoſum exiſtit, quo excellentiori ſenſu coitus tempore ſumme oblectetur: modica duritudine affectum (ſimul atque uterus ſeminis jaculationem intra ſe ſuſceperit, univerſum alveum contrahere, atque os ipſum ſigillare opus eſt) ut ob immodicam duritudinem vulvæ os haudquaquam conniveat, plane conſtat. Quin etiam immodica mollitia partibus aliis ſuper alias concidentibus in uterum opportuna geniture ſubitio jaculatioque inhiberetur. Glandoſum inſuper eſt inſtar glandis penis mucronatum, foras in cervicem inæquabili ſua turbinata facie, ad modum oris catuli recens editi prominens. Cæterum vulvæ oſtii atque cervicis creandæ ſoboli, nimia ſagina plurimum obeſſe apertum eſt. Nam pinguedine iis, quæ ſupra modum uberes & impendio curatiores ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

bitioreſque ſunt, vulvæ os comprimitur, atque ſtipatur, quod Hippocrates ita prodidit: b *Quæ præter naturam craſſæ concipere nequeunt, iis uteri os ab omento comprimitur, itaque impleri donec extenuentur non poſſunt.* Quorum Poëta c non ignarus de equino genere ita cecinit:

Sæpe etiam curſu quatiunt & ſole fatigant,
Cum graviter tonſis gemit area frugibus & cum
Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes.
Hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior uſus
Sit genitali arvo, & ſulcos oblimet inertes:
Sed rapiat ſitiens Venerem, interiuſque recondat.

Licet alias quoque cauſas, quibus idipſum inhiberi queat, quas etiamnum obſervatio cumulate deprehendit eſſe non ambigam, quas ſecuturus ſermo attinget.

Deinceps vero uterus curioſius introſpiciendus eſt: quem nominibus aliis, utriculum, vulvam, mulierumve locos, ac matricem, meliorum conſenſu appellare liceat. Quod ſic Columella prodidit: *Nam & octies anno pullos educat, ſi*

b *Lib. 5--Aph.* c *Virgilius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

cat, ſi eſt bona matrix. & item: *Igitur cui placebit ſequi noſtra præcepta, conſideret oportet, primum quæ multas, ſecundum cujuſmodi parare debeat matrices.* rurſum: *Sint ergo matrices robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus.* Quibus per matricem, fœminam, quæ fœtus gratia teneatur, non uterum ſignificaſſe videtur. neutiquam tamen Columellam nomen id eam habere ſignificationem pernegaſſe exiſtimandum, utpote à probatiſſimo autore Macrobio conceſſum. At pro toto partem poſuiſſe credendum, quod frequenter ab autoribus factum fuiſſe reperies. Uter etiamnum pro utero apud Cecilium legitur: *Nunc uter creſcit, non poteſt celari.* Sed de iis vocabulis hactenus. De re ipſa ita differendum: oſſium quorundam prius digeſtione atq; poſitura conciſim commemoratis. Porro ima ſpina (quam caudam appellitant) in coxarum oſſe deſinit, quod tranſverſum longeque valentiſſimum, vulvam, veſicam, ſubrectum inteſtinum (quod longanonem, plerique alvum vocitant) tuetur: ab exteriore parte gibbum, ad ſpinam vero reſupinatum, à lateribus, id eſt, in ipſis coxis, ſinus orbiculatos obtinet, à qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

bus os (quod pectinem Latini, os ſacrũ juniores, me judice, cognominant) ſuboritur: quod ſuper inteſtina, ſub pube tranſverſum ventrem conformat, in viris rectius, in fœminis in exteriora magis (quo ſecius partui impedimento ſit) recurvatum conſpicitur. Uteri itaque poſitura inter imam ſpinam & ſumen ultra veſicam, infra mediam alvum habetur. Ab umbilico enim paululumve ſupra ad ſuæ cervicis initium uſque extenditur. Quare infra alvum ſitus. Tum à parte priore veſica eidem juncta, præſertim verſus cervicem: quandoquidem vulvæ amplitudo veſicam (tametſi hominis proportione, quam cæterorum animalium amplior ſit) ſupereminet, qua parte ab eadem minime tegitur, lateraliter coxarum oſſibus recurvatis, poſticè ima ſpina, ſubrecto intercedente inteſtino, circuitur: quod, ne facile, homine jam inchoato, cum intumuerit duriori materiei innixus, oblæderetur, veluti ſtramentum eſt, ſuper quod (ſpinæ, ilibus, * femoribuſque validioribus vinclis annexum) non ad exteriorem magis ſiniſterioremve coxendicem converſum progredi, plerique rentur: at diligentio-

* *feminibuſque.*

gentiores, paulum ad dexteriorem coxam converti ſcriptitaſſe in aperto eſt. Quam iſti regionem (utpote ad exercendam Venerem commodiorem) primam rerum cauſam ſummumque Deorum Jovẽ delegaſſe æſtimandum. Quin etiam vulva arteriis cordi: jecinori venis: cerebro dorſalique medullæ nervis: præcordiis item mammis, renibus, ventri, coxendicibus, pubi, cunctis iis una committitur. Hæc in virgine admodum exigua viſitur. In evirginatis autem mulieribuſve, atque vitiatis (niſi ubi uterum gerunt) non multo major quam manu comprehendi queat. Verum quantitas hæc ambigua indiſcretaque, ætate, temperatura, venereorum uſu, muliebrium profluvio, fœtura, & adhuc fœtuum una conceptorum numero, corporis proceritate convariantibus, cenſetur. Atqui nervaceæ materia perſimili, pelliculoſa: quippe quæ ad puerperii unius vel plurium magnitudinem extendi poſſet, verrucoſa cavitate, pollicari craſſitudine, conſtat. Locos etiamnum partibus duabus, extera ſcilicet membrana (iis operimento) obducta, atque interna tunica contineri, cuique vel ignaro obvium cognituque

 facile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

facile eſt. Tunicæ huic villi per longum porrecti, quos medicæ rei Profeſſores longitudinales vocitant, inſunt: qui admodum pauci exiſtunt, eo quod illis viri duntaxat genituram, facillimum quidem attrahere, arripereque neceſſum erat. Sunt & villi per tranſverſa ducti, tranſverſales appellati, quos ſane in hac ipſa redundare operæpreciũ fuit, quandoquidem iis ipſis jam rapta genitura detentum itura foret, ſimul & fœtus toto temporis tractu à conceptione ad partum uſque. Quin etiam & illi in latum deductos (qui latitudinales nominitentur) ineſſe liquet: quibus partus fœtura abſolvenda eſt. Etenim excretiva expulſoriaq; vis illis inſidens tantisper exercetur. Et ob eam rem ſi uterus duas eas partes complexus, in univerſum ſpectetur, quadrangularem orbiculatam figuram præ ſe feret: amplitudo cujus ad cervicem coanguſtatur, qua ſui parte ima canalis effertur: ob id cucurbitæ utrinque paulum depreſſæ ſarcte ſpeciem repræſentant. At extima membranula exempta, internam tunicam obſervanter multoque vigilantius deliberare libet: cui ſinus gemini, alter dextra, læva parte alter, leviter diſcreti

ſunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſunt, ad unam utriſque communem cervicem coeuntes, quos planicies quędam intus, ſemitæ perquam ſimilis, ſeparat. Ii in animalibus cæteris, foras animal edentibus, papillarum numero reſpondent: hinc antiqui uterum, matrices, perinde ac ſi duæ forent, appellavere. In ſinu autem quolibet exigui tres ſcrobes, tum in medio unus, rugoſitatibus duntaxat quibuſdam interſtincti, quæ cellulæ à recentioribus cognominantur, triſtius confoſſi comparent. Unaquæque inſuper foſſula, decem rugoſitates: ſeptuaginta conſurgent hinc puerperia, totidem ſimul concipi poſſe pleriq; autumant. Nulla de cava ſeu ventrem habente (quam chilim vocant) recto viæ itinere ad vulvā vena obrepit: de aorta vero (quam corrupto vocabulo adhortam nominant) complures frequenteſque pertendunt.

Cæterum extrinſecus canalis parte ſuperna, qua vulva præfinitur, & cervix inchoatur, utrinque teſtis conſpicuæ magnitudinis cohæreſcit, unus dextro, alter lævo lateri æqua ſorte creditus, non minores multo iis, qui virorum ſunt, duriores tamen. Materia iis glandoſa eſt. Non etiam perfecte ſphærici,

at ſicuti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

at ſicuti ſphæra ex utraque parte leviter compreſſa extant, à marium teſtibus diſſidentes, eo, quia intus matricis cervici hærent: ex adverſo maribus foris propenſi demiſſique geruntur, ii in conceptaculum unum (quod ſcortum ſcrotumve noſtri, oſcheon Græci, imperitiores plerique perperam didymum vocitant) conjectos gerunt. Illæ duobus diſtinctis involucris obductos habent, quos ſolertiſſima rerum natura eo procreavit, ut ſalivalem quendam ſuccum, qui mulieribus oblectamini eſſet, molirentur. ſupra hos deinceps binæ antennæ lateri dextro una, altera lævo admota, perinde atque additamenta duo, tenduntur, quæ matricis cornua nuncupant, propterea quod cornua duo ſuis proceſſibus dilucide effigiare videntur. Etenim qua parte utero annectuntur, pleniora ſunt atque craſſiora: tum ad livia coxendiceſq; procedentia, minuuntur ac attenuantur. Quæ etiam dum venerea exercentur, ut cervix & loci, prolificæ genituræ helluones, inſigni tantiſper amplitudine ad eandem vorandam dehiſcant, protinus ab initio extenduntur. Poſtremo ſeminarii pori fœmellis omnibus ad hunc modum digerendi ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſunt. Venales gemini meatus de aorta vena, flexuoſis orbibus ad teſtes pertendunt, alii totidem à renibus eodem deveniunt, ſed ii ſanguinolenti, illos quos mittit aorta exangues comparent. Qui omnes circum duos jam dictos teſtes progreſſi, ſeſe flectunt, mox cornua ſubeunt, ſubinde paſſim in tenuiſſimas fibras ſinduntur, fruſtanturque: quarum pars major, ramorum ſerie ſparſa, ad uterum deveniunt, ſubſtantiam penetrant, uti oribus earum acetabula efficiantur, quæ Græci cotyledones appellitant, quibus partus per umbilici radices (ut infra monſtrabimus) utero valentiſſime committitur. E quibus genitalis quidam ſuccus, craſſus, albus, ovi candido liquori quam ſimillimus, ad conceptum neceſſarius omnem plerunque citra libidinem, partim in dextrum vulvæ ſinum, partim in lævum profuſus intus colligitur: nec minus ex eiſdem menſtruæ purgationes prodeunt. Ex iis quidem rubentia membra, qualis caro eſt, ex illo vero, mariſque genitura, ſolidiora, quæ ſpermatica nuncupantur, conſtruuntur. Pars altera vulvæ internum oſtium adeunt: unde inutile virus, ac vitiato ſimile, quem ſupra ſalivalem ſuc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſuccum vocabamus, incredibili (ut fama eſt) voluptate exiliendo, ac per ſaltus haud ſecus quam virile, prorumpit, tanto in pleriſque impetu, ut marium more longius proſiliat. Adeo quod intra vulvam omni quandoque voluptate intercepta, reſtagnat, magno naturæ abſcedens interſtitio. Hoc utile, & ad prolis creationem neceſſarium Galenus, illud inexpediens atque irritum Philoſophorũ princeps Ariſtoteles, cui Cordubenſis annuit Averroes, aſſeverat. Mox è tenuiſſimis his fibris, cum per uteri oſtiolum paſſim confuſis, geminæ altera dextrorſum, altera ſiniſtrorſum, venæ repullulant, quæ internam abdominis membranulam (quam peritonæũ Græci, mirach Barbari nominant) ſubeuntes ad mammas, ſingula ad ſingulam ſeſe attollunt, menſtruum ſanguinem concoctione in lac vertendum iis ſuggerentes. Cur autem vulvas mulieres omnes intus gerant, viri contra coleos foris, forte ambiges. Cauſa eſt, quoniam cum quod gignitur, utero contineatur, idque cuſtodiam, operimentum & inſignem concoctionem deſideret, quibus interior locus aptiſſimus cenſetur, exterior vero corporis locus

& al-

& algidus, & cuique offenſioni expoſitus, atque obnoxius magnopere extet, hinc uteri non modo mulieribus, verum & animalibus omnibus intus ſunt: Teſtes extra in propatulo viris habentur: an propterea, ut rei venereæ impetum magis ſuſtinerent, minuſque proni fierent; an quia cum iis quoque genitale ſemen perficere, atque foras profundere opus fuerit, meatui per quem excernitur, perquam proximi ſint oportet, quo minus longiori itinere vis gignitiva aboleatur, obliteretur q;, ac prorſus irrita reddatur? At quoniam ut frigentes & gelidi retrahi, ac remittere genituram queant, haud fieri poteſt. hinc operimento indigos cuteum velamen contegit, eæ à nobis horum cauſæ aſſignatæ ſint, omiſſis quæ præter hæc ab Ariſtotele in ambiguitate iſta altius exordiendo excutienda reſponderentur. Non enim omnia philoſophiæ penetralia in propoſito nobis eſt, in præſentiarum explicare.

Sed peroppor*t*une penis prius quam uterus nobis contemplandus protinus ab initio occurriſſet, ne tanquam nimium curioſi aliena prius quam noſtra exqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

exquiſiviſſemus. Attamen quia non niſi de mulieribus (utpote quibus celebranda generatio deſtinetur) inſtituti noſtri tractare fuerat: idcirco in hunc uſque locum de ipſo verba facere diſtulimus. Cujus equidem reſectionem recenſere, conſulto (ne verborum impuritate atque obſcœnitate caſtis ac pudicis auribus execrabilis videretur) prætermiſimus. Et ut cætera reticeamus, hoc tamen unum minime prætereundum, ſilentioque involvendum duximus, ipſum quoque expediens atque neceſſarium ad auſpicaciorem generationem fore. Atque ob id quum plura homini ad vitam etiamnũ neceſſaria membra inſint, hoc nihilominus ſolũm uſque eo huic gignendi vis inolevit, membri nomenclaturam obtinuit, adeo quod quum abſolute dicatur, membrum virile intelligi volumus, hoc ob fœcunditatem ei antiquitas jure tribuit. Unde haud immerito Priapo hortorum curã aſſignavêre: quandoquidem horti (irrigui præſertim) cæteris agris perpetuo fœcundiores fertilioreſque exiſtant. Qui ergo vulvæ reſectiones ac pleraque cognitu ſpectatiſſima diximus: idem quid in ipſo homine ad ſufficiendam prolem inſit, ceu in

ceu in notitiam noſtram venit, ſubticebimus? quid ni? minime. Quin omnẽ, quando ita decretum ſit, minorem gratiæ quam ſcientiæ procreationis reſpectum habere, licet faſtidii periculum urgeat, operam inſumemus. In quibus quidem fides tantum autores appellet. Quanquam & nos ipſi proprii judicii conſenſu ita eligere laboraverimus, potiuſque rerum curæ, peritiorum more, quam copiæ inſtiterimus. Magnus tamen hic profecto, ac longis anfractibus ambiguitatibuſque fœtus in tempore nos locus invitaret. Principio ex mulieribus, ex viriſque: cur nonnulli prorſus improles exiſtant, adeo ut privatim quædam corporum diſſociatio & inter ſe ſterilis compareat: mox ubi ſejuges cum aliis junxêre, & qui modice quoque tum viri tum fœminæ conſtent, quamvis cum male temperatis ſocientur aſſidue gignant? & cur qui immodice accommodentur, cũ obverſis duntaxat coeuntibus ſobolem præſtant, alioquin minime: cur etiamnum pleriſque juventa ſterilis: cur aliis quibuſdam ſemel in vita gignere detur? demum ſterilitatis difficiliſve conceptionis cum cauſæ & indicia, tum potiſſimum præ-
ſentiſ-

ſentiſſima præſidia commemoranda forent, ni id in eo volumine, quod *de ægrotationibus à vertice ad uſq; pedes per ætates accidentibus* (quippe cujus locus ille ſit, edere quum jam cœperimus) conſtituimus, munus ordinatius cohibiliuſque aſſequi nobis reliquerimus. Atque quadantenus procedente famine obiter quo ad opus fuerit, pertingemus. Illud quoque admonuiſſe perquam neceſſarium mihi videor. Neutiquam ſingulis mulierum, vel etiam enixarum puerperarumque languoribus, quemadmodum apte occurratur, inſtruere curæ fuiſſe, quo ſecius ob inſcriptionem admodum feſtiviorem, gallinacei, ut ajunt, lactis hauſtum in opuſculo ſperare poſſe fortaſſis tibi tute ſuadeas. At prægnantium non undiq;, quinimo quantum res ipſa popoſcit, à partu omnibus pene intactis (utpote quæ alienis implicanda locis haud quaquam ſint) valetudinis auxilia, pariterque perquam multa prorſus omittens, contraxi, ac ceu breviario collegi. Qua in re ego nempe, non quæ vulgo populatimque agreſtis quiſque noverit: ſed quædam (haud omnia veritus, ne admodum quam externa, aut forte ineffabilia fidem derogent) paulo

obſo-

obſoletiora novitate in præſidiis prævalente, ex locupletioribus impendio ſolicitiore diligentia hæc ſecuti paſſim excerpſi. huc pertinet illa Hippocratis admonitio. d *Quæ longo tempore aſſueta ſunt etiam, ſi deteriora ſint, minus infeſtare ſolent, quam quæ nō ſunt aſſueta. Igitur ad inſueta quoque mutaſſe conveniet*, inquit. At proculdubio, quæ quotidie in uſu ſunt, prodeſſe quum opus eſt, æque quam nocere deſinunt. Maximum autem in iiſdem naturæ reſtat opus. quandoquidem proventus tantum adhuc quaſdamque ſummas tractare in animo ſit. Ne vero ſingulis, medica ſingula ſerie digeſta rebus contexeremus, juſta præmonuit ratio. quoniam ad alios medendi deſideria pertinerent, longis utriuſque dilationibus, ſi admiſcuiſſemus futuris, idque facillime affuturum ambigi potuiſſet, nec tibi auguſtiſſimæ Duciſſæ, nec illis ad amuſſim ſatiſfactum. At quo minus omnibus horum omnium ignari experteſque videamur, poſt hæc prima annuente cauſa, ſecundante, aſpirante, ſuis quæque partibus conſtabunt, poteruntque à volentibus iis, illa conferri, jungique. Sed jam cœleſti-

d *Lib.* 2. *Aph.* 50.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

leſtibus hinc avibus, ac felici afflatu cõceptionis reliqua inſtituto congruentia aggrediamur, à confeſſiſque, hoc eſt genituris & menſibus, ut obiter rebus præcipuis honos in primis habeatur, exordiamur.

1 *Quonam uſu in abſentibus etiamnum Venus citetur.*
2 *Quid, quale, undeq; prolificum ſemen.*
3 *Unde menſtrua, quot annos mulieres, quotq; mares nati hæc emittere incipiant, deſinantve.*
4 *Quomodo procuranda Fœcunditas.*
5 *Qua poſitura concumbendum.*
6 *Quibus virginitas deprehendatur: quibus præſidiis violatis ſuccurratur.*
7 *Qua digeſtione fœtus procreetur.*
8 *Quo tempore ſingulæ conformentur partes.*

CAPUT II.

NUNC de hominis generatione diſſerendum eſt. Quonam igitur pacto gignatur, quo etiam primo movente, & quali materia id efficiatur procedendo explicare conabi-

nabimur. Generationis namque (quippe cujus gratia ſint) marem & fœminam, ut retulimus, illa potiſſimum principia quis ſtatuerit. Marem, ut quod motus ac generationis originem magna ex parte obtineat: fœminam, ut quod materiæ. Hercule cum hac illum ad generationis officium jungi, idque ambobus commune eſſe in confeſſo eſt. Quam rẽ ita ſe habere præcipue credes: ſi quid, quale, quemadmodum undeque genitale ſemen fiat, intellexeris. Atqui quonam etiam tempore modoque ex mare ac fœmina prodeat, neutiquam latere oportet. Enimvero quod pars ea de fœmina mareque ſecernatur, & in iis, atque ex iis ſecretio hæc fiat, ac ideo marem & fœminam generationis principia conferre, perſpicuum eſt.

Quæ quidem ſecretio, utrorumque coitu, in quo ſexuum permiſcentur confunduntur que virtutes, plane abſolvitur, tanta tamque admirabili utriuſque plerunque voluptate, ut etiam ſolo rei concupitæ conſpectu vir mulierque (voluptatis qua olim geſtirent memores) mirum in modum in Venerem agantur. Hæc autem à natura ita inſtituta ſunt, ne humanum genus periret. Namque ſi

propter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

propter id, quod mulieres uterum gerentes gravantur, parturientes perdolent, puerperii ſolicitudine enutrientes occupantur, initum abhorrerent, genus profecto hoc terris ocyſſime adimeretur. Ab anima autem hæc ipſa prodire nemo diffitetur. Et ob id quatuor in concubitu neceſſaria fore aſſeverant: imaginariam cupidinem, affluentiorem ſuccum, ſpiritalem ſubſtantiam, ac flatuoſam materiam. Primum à jecinore: à cerebro potiſſimum atq; corpore toto ſecundum: tertium à corde: à calore humidum in flatum demutante, ad genitaliaque dirigente, quartum prodire nonnulli tradunt. Quocirca cupedia ex deprehenſo rei concupitæ ac delectabilis ſimulacro concitata (quod inchoans primum eſt) protuberat vehementerque gliſcit: demum inanem ſpongioſitatem, quæ in medio glandis colis comparet, cupidinis ſpiritus confeſtim ſubit: deinceps vero vis alia, quæ huic obtemperat, genitalis ſeminis materiam deſcindens, ad ſeminarios meatus (peculiari titillatu excitatos) expellit: quo quum tetenderit, humoris portio calorifica cauſa fumigans, in flatum vertitur, quo genitalia extenduntur, virorum ſane in-

tume-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tumeſcunt, rigeſcuntque, fœminarum vero fatiſcunt, atque extuberant. At mulierum minus quam virorum genitalia afficiuntur. multo enim flatu exiſtente, penis perinde ac ſi eſſet oſſeus obdureſcit, quæ omnia etiamnum inviſis abſentibuſq; evenire luce clarius eſt.

Seminis vero (cujus ſane cognitio cum ad plura loca, tum vel præcipue ad hunc pertinet) materia, ultimi atque utilis alimenti excrementum eſt. quum enim ex digeſto ulteriuſque modo quodam concocto ſanguine pars quæque alatur, illud quidem ex eo quod membris apponitur, unitur, atque prorſus aſſimilatur, genitura eſſe nequit: at quod ex eo iis membris ſuperfluit, quod ultimum in membra digeritur: expediens tamen, quandoquidem ſubſtantifici roralis ſucci ſupervacaneum ſit, quod in membrorum ſubſtantiam (tametſi aptiſſimum foret) demutatum non ſit, ob eam rem quod particulæ nullæ eo indigæ extent, quippe quæ redundantem alimenti quantitatem hauſerint: id inquam iis opipare altis, quod ſupereſt concoctum recrementum, ſemen appellamus, quod à ſanguine nihilominus ſecernitur. Incoctum vero aut vi emiſſum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſum, quopiam venerea re ſupra modum abutente, cruentum admodum jā huic prodiit, ut plerunque nos ipſi, ac præſertim dum hæc ſcriberemus & vidimus, & recuravimus. Ob id corporis ſupervacaneum alimentum eſſe plane conſtat, craſſum glutinoſumque generationi neceſſarium, quod ſolidiorum membrorum materia efficitur. Illud tamen primum de genitura maximæ quæſtionis, ac pene incertæ quiſpiam dubitaverit. Craſſa albaqu'e de homine prodit, mox refrigerata humens ad aquæ tum ſpeciem, tum colorem redditur. Etenim ea vel aqua, vel terra, vel utriſque conſtat. Porro terra, aut aquæ terræque mixta, probabili ratione eſſe nequit: quandoquidem algore prope tota dixerim in humorem & aquam reſolvatur, atque à veritate eminus aquā duntaxat eſſe putaveris, maximo argumento, quod aqua calore minime craſſeſcit, frigore prompte congelaſcit. Ex adverſo, ſeminale recrementum, è calido loco craſſum proficiſcitur, refrigeratum humeſcit. Verum quoniam & quæ ſpiritu aquaque conſtant, ceu ſpuma, non modo quæ prætulimus, & craſſantur & albeſcunt, quod in pleriſque concuſſu attri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

attrituque, veluti oleo & id genus multis, conſpicere licet: ſemen quod neque aqua tantum, neque terra aquæ mixtum extitit craſſeſcere nemo quiſquam miretur. Nam & ſpiſſum & albore ſuffuſum, interno calore multum ſpiritus calidi continens exeritur: at egreſſum extemplo calore evaneſcente, aëreque inalgeſcente, humidum aëreumque evadit, quippe quum aqua, etſi quid parum terrenæ portionis obtinet, aere nihilo ſecius algidiore introcluſo remaneat. Igitur quatenus ſpiritus & aquæ commune eſt, inſtar eorum, quibus aeris plurimum immiſcetur, calore & albedinem dilucide aperit, & craſſitiem contrahit: contra algore, tepore ipſa halante, humeſcit ac liqueſcit. Neutiquam congelaſcit aëre incongelabili contento. Proindeque hujus geminas eſſe partes, diligentiores concordes conceſſerunt: una ſpirituoſa eſt, altera craſſa & tenax. Quæ ſane (utpote quæ alimentaria ſit) ab ea potiſſimum parte, quæ alimoniæ principium exiſtat, quale jecur eſt, præcipueque ab cava ejus vena (quippe quæ materiæ illius inſignem atque impendio majorem copiam obtineat) proficiſcitur: quæ ſi aliquam ob

cauſam in ea defuerit, ex aliis, quæ abſcedunt, partibus trahitur, indicio eſt, emiſſionis tarditas. Ex corde quidem per arterias, ex jecinore per venas, ex cerebro (quanquam uberius) per venas arteriaſque, ſed ex oculorum ſede potiſſimum, quæ omnium capitis locorum maxime ſeminalis exiſtit: quod hinc diſcas licebit, quum per venereum coitum ipſa duntaxat immutetur, ac rei venereæ immodico uſu ocelli aperte langueant ſubſideantque, quando nondum cæterarum partium vires flaccent. Ex iis, inquam, omnibus ad ſeminarios meatus, & ad coleos tandem defertur, in quibus divinam illam generandi vim ſuſcipit. Etenim vitalis genituræ ſpiritus à corde deciſus teſtium virtute gignitivus fit, ex quibus in viris ad colis fiſtulam, in mulieribus ad vulvæ ſinus ſupra explicatos illa delabitur. Plurimam corporis proportione homo emittit. At qui natura humidiores, nec admodum carnoſi, candidiores etiamnum quam fuſci, uberiorem reddunt. Illud quoque æque perpetuum eſt, protinus à coitu hominum virus, genituramque omnibus albam eſſe. Nec audiendus Herodotus, qui Æthiopes genituram atro colore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

colore promere, prodiderit: quandoquidem genitale ſemen album & craſſum (ſi integrum ſit) egrediatur. At tenue nigrumque totum foris efficitur: nunquam id gelu concreſcit, immo admodum extenuatur, atque (uti modo diximus) aquæ cum ſubſtantiam, tum etiam colorem contrahit, calore contra coit craſſeſcitque. Et quod de utero jam aliquandiu in eo immoratum defluxerit, id craſſius prodit. Cujus in aqua recta ratione experimento fœcunditas ita probatur. Quod enim infœcundum eſt, quam ocyſſime diffuſum per ſumma innatat atque exoleſcit, fœcundum in imum deſcendit, delabitur atque ſubſidit. Quocirca cum & maribus & fœmellis duplex habeatur: ſalivalem ſuccum unum appellant, inutile atque improle, ad oblectamen duntaxat à natura molitum, quod in viris eodem prope dixerim itinere, quo & fœcundum progreditur: in fœminis uteri cervicem per tenuiſſimas fibras adit, quod quum emittunt, mira voluptate afficiuntur, quod non perpetuo in prolifici emiſſione ſed plerunque evenit: hinc complures & vidimus & audivimus, quæ omnem citra libidinis volup-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tatem oblectationemque conceperunt. Alterum ſemen Galenus cognominat tale, quale antea diximus, quod ad vulvæ ſinus devenit.

Sed quonam viris mulieribuſque ætatis ſuæ anno hæc accidant exponendum eſt. Mares primum parte plurima anno ſuæ ætatis bis ſeptimo peracto, genitale ſemen ferre ſimul & pubeſcere incipiunt, non ſecus profecto quam ſtirpes ſemen laturæ, primum florentes, quos hirquitallos jure vocitavere. Vox etiam per tempus id in aſperiorem inæquabilioremque ſonum (quanquã nondum gravant) demutari perpenditur, neque enim acuta, neque tota æquabilis, ſed incontentis & aſperis fidibus (quod caprire denominant) perquam ſimilis exiſtit, idque iis qui venerea exercere incipiunt potiſſimum incidit, iis namque in virilem ſonum vox tranſit. Mamillæ etiamnum eo tempore exurgunt, & genitale non modo magnitudine, verum & ſpecie proficit. Fœminis inſuper per id tempus genitura, & qui menſes vocantur magna ex parte erumpunt. Vox in graviorem mutatur. Denique quum acutioris vocis quam mares ſint, tum natu minores acutius elidant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

dant, ut puellæ quam pueri acutius, ac præterea, quam viri, & mulieres quoque viris acutius, perpetuo ſequitur. Eodem tempore iis mammæ protinus extuberant: quas ubi perpetim ſtare deſideraveris, leporini grana novem fimi propinabis. Coagulum eundem præſtat uſum. Eaſdem fœminæ ſuis ſanguine circumlitas minus creſcere autumant. Si etiamnum per id tempus (ut plerunque fit) doleant, aſinini lactis potu efficaciſſime mulcentur. Ovorum perdicis putaminum cinis cadmiæ mixtus & ceræ ſtantes mammas ſervat. Perdiciſque ter ovo circundatas (ridiculo quo nullum reperiri poſſit majus) plerique nequicquam inclinari putant. Squatinæ illitæ creſcere mammas non patiuntur. Cicuta à virginitate illita eoſdem præſtat effectus. Utriſque infœcundũ nempe ſemen ad annum uſq; ter ſeptimum eſſe proditum eſt, mox prolificum exiſtere. At exigua imperfectaque juniores gignunt. Simul atque ter ſeptimum annũ adimpleverint, oportuna iis generatio eſt: quanquã natu minores (tametſi parturitione vehementius laborent) faciſius concipiunt. Non increſcere etiam poſt tertium partum tradunt. In Indiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

gente fœminas ſeptimo ætatis anno peperiſſe, & item alias quinquennes concepiſſe lectitaſſe meminimus. Sed in Italia eo quem diximus anno parte plurima & concipiunt & menſtruæ purgationes prodeunt, quæ ſane ex partibus quæ ſupra infraque renes, ex lumbis etiamnum per minimas deductas venas ad vulvæ acetabula permeant: Ex venis quoq; duabus ſecundum os pubis juxta urinæ exitum, ac parte ea qua improlis fœminarum genitura mittitur, erumpunt. Duabus namque venis, majore atque aorta fiſſis, tenuium multitudo venarum in uterum deſinit, quibus uberiore alimonia expletis, naturaque præ ſua frigiditate concoctricis facultatis indiga, eam concoquere copiam nequit, ob id in venis excrementum fiat, quod per tenuiſſimas venas exundando ſuperet, neceſſe eſt. Idipſum vero ex venis, quippe quæ ob ſui tenuitatem atq; anguſtiam, exuperantiam continere nõ valeant, in uterum transfunditur: itaque affectus hic veluti mariſcæ, aut alia quævis ſanguinis profuſio eveniet. Paucis menſibus ſingulis, uno intermiſſo, plurimis menſtrua moventur. Cum iis etiã quibus brevi temporis tractu (hoc eſt bi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

eſt biduo aut triduo) profluunt facilius: quibus in longum protrahitur difficilius agitur, quippe quæ tantiſper graviter laborent, aliis namque univerſim, aliis paulatim, cunctimque perpurgatio hæc fit. Attamen omnibus æque, quandiu virus defluxerit, corpus gravatur, ſanguine, tum ob diutinam in vulvæ rivulis labem, ſatis ſuperque noxio, tum ob integri menſis affluentem exaggerationem, ubere ſupraque modum excreto. Hinc utero graves, tametſi ad utriculum, nihilo ſecius quam in illis menſes permeent delabanturque: quia tamen nec viciatus admodum coinquinatuſque, nec cumulatus: at ſenſim & in horas pedepreſſim (quo fœtui alimento ſit) ſecernitur, torqueri cruciarique natura non patitur. Inter omnes vero convenit, aſperrimam ejus profluvii primis annis virginitate reſoluta vim eſſe. Compluribus etiam coitus cupidine, qua vel juvenilis ætatis ratione, vel quia longo temporis ſpatio Venere abſtinuerint, tenentur, ſæpe ter menſe donec conceperint, menſtrua citantur, uteri deſcendunt, quo peracto aſcendunt, & ſuo ſitu conſtituuntur. Concipere autem mulieribus à muliebrium profluvio auſpi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

auſpicatius ſuapte natura cõtingit. Quæ vero iis carent, ſteriles propemodum degunt. Verum fieri nil prohibet, ut etiam citra eorum profluvium nonnullæ concipiant, quibus tantum humoris colligitur, quantum iis quæ purgantur intus reſtare aſſolet: licet iis non tanta copia, ut & foras proluere queant, adſit. Sunt etiamnum, quæ dum menſes prorumpunt (poſtea concipere nequeuntes) conceptioni obnoxiæ ſint: utpote quibus vulva continuo à purgatione adobruta concretaque perſtet. Nec deſunt quibus etiam utero gravibus uſque in poſtremum diem menſtrua prodeant. quæ & parvam & minus vitalem & imbecillam, atque valetudinariam proculdubio prolem edunt: quandoquidem puriori eorum parte puerperium ali, nemo quiſquam inficiatur. Etenim cum duæ horum partes ſint, altera quæ expediens cenſetur, eo potiſſimum, quo mulier uterum gerit tempore, quæ in partus altionem, partim abſumitur, partim ad mammas pro lactis generatione tendit: pars altera, inutile (eo quo antea diximus modo erumpens) excrementum eſt, quo nil facile monſtrificum (uti ad noxiam res medicatiſſima transferatur)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

feratur) magis reperitur: quandoquidem illius ſuperventu muſta aceſcant, fruges contactæ ſterileſcant: novella vitis in perpetuum lædatur, ruta, hedera inſitaque illico emoriatur: hortorum germina exurantur: fructus arborum, quibus inſedere, decidant: floribus color adimatur: & quod nos ipſi diligenter obſervavimus ad prodigiorum miracula accedens, rubri fuci, quo mulieres prope omnes utuntur, eximia claritudo, à fœmina in menſtruis, vaſe in quo aſſervatur tacto cominus, perturbatur. Quinimo ab eadē lapideo, in quo conditum iturus eſt vaſe, quum pene deferveré cœperit, vix contacto turbidiorem admodum prodire, nullumque in poſterum claritudini locum fore, quotidiano experimento compertum habemus. Speculorum fulgor aſpectu ipſo hebetetur. Ferri acies, uti in tonſorum cultris, eboriſque nitor præſtringatur. Apum alvei (iis namque tactis has fugere certum eſt) intereant. Æs etiamnum ac ferrum rubigo & grave odoris virus contactu prorſus corripiat, ac eo magis, ſi decreſcente luna id acciderit. Æraque dirus odor protinus corrumpat. Atqui in rabiem eo libato canes a-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

gantur, inſanabilique veneno morſus infigatur. Proinde aqua potuque à canis morſu formidato (ut aſſolet) tali lacinia menſtruo tincta, calici tantũ ſuppoſita, eum metum (illa Græcorũ ſympathia prævalente) inter omnes confeſtim diſcuti convenit: cujus etiam tanquam exitialiſſimi formicis minimo animali ſenſum ineſſe ferunt. Fila quoque contactæ veſtis ne igne quidẽ, quo cuncta, vinci, vina concoquantur nigreſcere. Bitumen in Judæa naſcens una hac vi ultro ſuperari. At quanquam de hac violentia multa diximus, alia non minus ex ipſis menſibus dira & infanda priſci vaticinantur. E quibus commemoraſſe non pudeat, in lunæ ſoliſve deliquio ea vi congruente, irremediabilem fieri. Nec ſegnius & ſilente luna fœmineos maribus exitiales atque peſtiferos coitus eſſe. Purpuras ab iis eo tempore pollui. Et ne ipſæ profecto fœmellæ ſuo malo immunes evadant, abortum illiti menſes, aut omnino prægnante ſupergrediente, cieunt. Equæ uterum gerentes tactæ, quin & aſpectu prorſus, quãvis procul viſæ, ſi purgatio illa à virginitate prima ſit, in virgineave ætate ſpontina, abortum ocyſſime perpetiuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tur. Aſinas etiamnum tot annis non concipere, quot contacta hordei grana mulieribus adederint, prodidere. Attamen & tanto malo remedia ineſſe plerique ajunt, quæ hoc loco recenſuiſſe venia fuerit. Podagras, ſtrumas, parotidas, panos, ſacros ignes, furunculoſque, & epiphoras illini earum mulierum tractatu, leniri, compertum eſt. Rabioſorum canũ morſus, & tertianas, quartanaſque febres, menſtruo in nigri arietis lana, argenteo brachiali incluſo, aut veſtis omnino ita infectę portiuncula acu vel licio brachiali inſerta, diſcuti. Demũ tertianis & quartanis ægri plantas ſublini, multoque efficacius ab ipſa muliere etiam ignoranti, efficaciſſimum eſſe. Quartanas coitu, incipientibus duntaxat menſibus finiri nonnulli ſpondere. Quorum cinere jumentorum omnium addita * caminorum farina ceraque ulcera ſanari in confeſſo eſt. Ea etiamnum roſaceo mixta fronti illita capitis, fœminarum præcipue, dolores interſedare. Et quod dictu admodum mirum eſt: Mulieribus in menſe connudatis, jam primum grandines turbineſque contra fulgura abigi, ſicque cœli violen-

* *forte, cyminorum.*

violentiam averti, antumant. Menſtruo non ſilente luna, nudatis ſegetem ambientibus erucas, ac vermiculos ſcarabeoſque, & noxia quæque arceri atque decidere. Proindeque ob cantharidum numeroſitatem, eas retectis ſuper clunes veſtibus per media arva ire, in Cappadocia inventum. Alibi nudis pedibus capillo cinctuque diſſoluto ſervatum. Cavendum vero ne id ſole oriente (ſemente alioquin areſcente) moliantur. Id quoque convenit, quo nil equidem libentius crediderim, tactis menſtruo poſtibus, irritas magorum artes (vaniſſimi ut æſtimare licet generis) factitatum iri. Cæterum nullo perpetuo circuitu menſtrua deſcribuntur. Quibuſdam enim ſæpius menſe, quibuſdam omnibus tricenis diebus, aliis trimeſtri ſpatio, ſicut aliquibus nunquam fiunt. Attamen menſe (veluti decreto exonerandæ mulieris vectigali) decreſcente (idque recta ratione) aſſidue (utero nulla vi ſeminis prorſus occupato) moveri tendunt. Mulierum namque corpora, continente aere frigidiore effecto inalgeſcunt magis, menſium autem coitus ob lunæ defectum, algidiores eſſe ecquis dubitat? Itaque ut menſium fines quam

quam media frigidiores evadant fit. Igitur poſteaquam alimentum in ſanguinē mutatum eſt, menſes eo quemmodo diximus circuitu moveri contendunt. At ſi illud haud concoctum ſit, ſenſim aliquid ſubinde ſecernitur. Quamobrem qui albi menſes vocitantur, parvis adhuc & puellulis proveniunt. Porro uterque hic recrementorum ſeceſſus cum modice fit, integra ſervat corpora, utpote quæ ab excrementis exquiſitius perpurgentur, quæ iis, ut ægrotent, cauſæ efficiuntur. Sed ſi vel non fiat, vel immodice fiat, gravior apprime jactura evenit: aut enim ægrotationes ſuperveniunt, aut emarceſcit extenuatque corpus, * Hippocrate tradente: *Si menſtrua immodice fiunt, morbi accidunt: & ſi non fiunt, morbi matricarii accidunt.* Ad ſexageſimum ſane mares plurimi gignunt, quem ſi exceſſerint, ad ſeptuageſimum uſque procedunt. Et jam apud quoſdam aduſque annos ſeptuaginta, & ſeptuaginta & quinque (quanquam ignobiles) vulgaris reperitur generatio. Alios, perpaucos tamen, & non niſi valentiſſimos, annos octoginta natos ſobolem procreaſſe repertum eſt. Quin etiam

* *Hipp. lib. 5. Apho. 57.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

etiam Maſiniſſam regem poſt octoginta ſex annos filium quem Metymnathum appellaverit: Catonem Cenſorium octogeſimo exacto è clientis ſui filia Salonii, generaſſe clarum eſt. Mulieres vero ad quadrageſimum quintum magna ex parte fœtificant: at paulo ætate progredientes effœtæ degunt; etſi nonnullæ annos ſexaginta natæ, validiores tamen, pepererint. Inventam nihilominus mulierem, cujus primo genitus ultimo genitum, quadraginta annorum ſpacio exceſſerit proditum eſt. Quare quum ætatum diſcrimina ad ſobolem congignendam nonnihil (ut retulimus) conducere aperta ratione conſtiterit, nihil tamen quicquam adeo conducibile aliud quam uterum ad modicum redactum modum, corrogata Hippocratis f ſententia, in hunc modum præſcripta, liquido perſpectum habebis. *Mulieres quæ præhumidos habent uteros concipere nequeunt: quæ etiam frigidos ſpiſſoſque habent non concipiunt: fœtus enim extinguitur: nec non ſicci & admodum calidi concipere non poſſunt, genitale enim ſemen corrumpitur ob inopiam alimenti. Quæ autem ex utriſque modice temperatos obtinent*

f *Hipp. lib. 5. Apho. 61.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tinent uteros, ea valent fœcunditate. Ob has quippe cauſas nõnullæ partus haud unquam perferunt, quales ſi quando medicina & cura (quæ multiformis eſſe quit) vicere, fœminam fere gignere eas compertum eſt.

Pleriſque ſemel in vita munus hoc conceſſum eſt: quæ, ſi cum parere deſierint, leporis conceptum utero exemptum manderint, reſtibilem fœcunditatem afferre tradunt. Conceptus accelerant vaccinum lac potum: aut quini ſeptenive vermes terreni epoti: cochleæ cum croco impoſitæ: fimum accipitris in mulſo potum: & à purgatione fel caprinum inſperſum, & perdicis ova ſi ea ſorbeantur. Setæ ex cauda mulæ ſi vincti inter ſe in coitu colligantur, invitas concipere cogunt. In Arcadia vinum quod fœcunditatem fœminis importet fieri dicitur. At, quod admodum ſpectatius eſt, ſi leporum vulvæ in cibis ſumantur, mares concipi putant: hoc & teſticulis eorum & coagulo profici. Atque ſi vituli carnem cum ariſtolochia inaſſatam circa conceptum manderint, mares parituras promittunt. Sterilitatem ob partus vexationem fieri certum eſt: hanc felle taurino, adipe ſerpentiũ,

æru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ærugine, addita melle, medicatis locis ante coitus, emendari putant. Iis ita prælibatis paulo altius redorſi, quam bene miroque deinceps ordine generationem, ipſa rerum natura reddiderit, curioſius intelligendum. Prolem ſane paraturos puellæ non modo ætatem uterumque, ut paulo ante ſanximus: ſed & Veneris appetentiam & corporis poſituram ante omnia intueri oportet, quando ſingula hæc magnas, neque ignobiles, neque dubias hac in re interpretationes habeant. Ob id viri potentem, viroſamque ſibi quemque parare operæpretium eſt: cui equidem (ſi fortaſſe in coitu pinguiorem ſegnioremque noverit) xiphii ſuperior ex vino radix potui utiliter datur, & item quam cremnon agrion nuncupant, ternis obolis aut dragmæ pondere. Orminos agrios cum polenta contritus, orchiſque herbæ, ſerapiæve radix major, ſeu, ut aliqui perhibent, tenuior, in aqua dragmis duabus pota, atque ſatyrion eundem præſtant uſum. Erythrococonis radix manu retenta, concitatricem vim habere plerique putant, ac magis adeo in vino auſtero bibita dragma. Tithymalli etiamnum ramorum medullam haben-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

habentes ad Venerem agi pronioreſque fieri produnt. Prodigioſa admodum autores, alioquin graves, non minus circa hoc tradidere: ſeptuageno coitu cujuſdam herbæ (cujus vocamentum ſpeciemque negaverint) contactu libidinem durare aſſeverantes. Cochlearum fluviatilium carnes ſale aſſervatæ ex vino epotæ: erythini quoque commanducati Venerem ſtimulant. Jecur ranæ dryopetes & calamitę in pellicula gruis: crocodili maxillæ dens brachio, vel hippocampus, vel rubetæ nervi, dextro lacerto, ſingula hæc adalligata mire concitant. Hyenæ genitale ad ſexus ſuos in melle ſumptum, etiam ſi viri mulieris coitum oderint. Roſtrum ſcinci & pedes in vino albo poti efficaciſſime veneris cupiditatem accendunt. Utique cum ſatyri & erucæ ſemine ſingulis dragmis omnium, ac piperis duabus admixtis, ita ut paſtilli ſingularum dragmarum bibantur, per ſe laterum carnes obolis binis cum myrrha & pipere pari modo potæ, efficaciores ad idem creduntur. Coitus ſtimulat fel caprinum illitum: medullæ ſuum hauſtæ, ſevum aſininum, anſeris maſculi adipe permixto illitum, equi à coitu virus. Teſticuli equini aridi, ut po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ut potioni inſeri poſſint. Dexter aſini teſtis in vino potus proportione, adalligaturve brachiali: ejuſdem à coitu ſpuma roſaceo panno collecta & argento incluſa, ut tradunt. Salpæ genitale in oleum feruens ſepties urinare jubent, eoque pertinentes partes perungi, alii cinerem ex eodem bibi: vel tauri à coitu urinam, lutoque ipſo pubem illini: Veſpertilionis ſanguinem flocco collectum capitique ſuppoſitum, mulierum libidinem movere: aut anſeris linguam, in cibo potuve ſumptam prodidere. Horum hercules ad propudia proboſamve mollitiem viros, ad immodicam aut certe obſcœnam Venerem mulieres pleraque procitare, vetuſtiores extra omnem fortunæ aleam promiſere.

His ita peractis mas & fœmina concumbant, in concubitu fœmina capite paululum demiſſo, coxendices c'aneſq; elatiuſculas habeat, feminibus late pateſcentibus: & reliqua ſecundum naturam fiant, donec vir tandem genitale ſemen ante vulvæ oſtium emittit, cui ſpiritacea ſubſtantia (quem gignitivum appellant ſpiritum) permiſcetur atq; confunditur, quæ inquam nihilo ſecius atque humiditas expellatur oportet: tanto

ſeminis humiditatem pervincens: quanto ocyus egeritur efferturque longius: nihil enim procul ſine ſpiritali violentia projici poteſt: fœmina eodem tempore omni plerunque ſine libidine per vulvæ acetabula genituram (quam fœcundam diximus) in uterum demittente: quandoquidem ſine maris ac fœminæ emiſſione concipi impoſſibile ſit, ſine voluptate vero fœmellæ fieri quidem poteſt, ſi locus turgeat, & vulva propius oſtium deſcendat: Quamvis magna ex parte ſic accidat, ut utrorumque oblectamento id agatur. Maris autem profuſio non intus (ut quidem opinantur) fit (os enim uteri anguſtum eſt) ſed ante oſtiolum, quo & fœmina ſuccum illum nihil ad conceptum conferentem ſecernit: in quibus quidem excretionibus pari ferme voluptate mas ac fœmina affici ſolent. Viri autem fœcundum ſemen ibidem profuſum, intus ab utero (ſi quidem calidus, & modice temperatus ſit, ſi oris labra tactu aſperiuſcula & hærentia, ſi etiamnum tenuiora ſint: Quandoquidem ad conceptionem ita ſeſe commode habeant) avidiſſime rapitur. Indicio eſt quod locus qui modo madebat, reſiccatus mox perſentiatur. Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

etiam quam procaciter inhiat, hinc diſcas licebit, quando puella ſolo balnei ingreſſu utero gravi inventa ſit, ſemine quod à viro prius in aquam defluxerat ſitiente vulva hauſto. Cæterum per id tempus virginitatis nodo nexuque dilaniato, cruentus (à menſtruo ſanguine eo diſſidens, quod vividi hic coccini coloris eſt, ac eo duntaxat, quo penis uteri cervicem aſperiuſcule violentiuſque ſubit momento parcę prorumpens, è diverſo menſibus decoloratioribus turbulentioribuſq;, uberius ac longiore temporis tractu delabentibus) ſuccus integræ virginitatis indicium, interſtillat. Cervicula intumeſcit, iiſque plurimum dolet, eoque magis, eugio grandiore mentula vi defracto, atque oſtiolo juſto plus paſſo laxatoque fiunt hæc. Porro tumores & dolores, roſarum myrtillorumque, ac malvæ, & pulegii decoctum inſidentibus commode demulcet: aut defrutum roſaceo addito. Subinde omphacio ex olea adhuc alba non ex druppa (ita vocatur priuſquam cibo matura ſit) utpote quod deterius eſt, expreſſo, cervicis oſtium ac verenda perungenda ſunt. Omphacium hoc ab illo color interſtinguit, quoniam hoc viride eſt, illud

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quo autores uti ſæpius jubent, candidum, hinc multorum imperitia, atque ægrorum jactura non parva, eo primo omnes fere abutuntur. Dolore interſedato, ubi res ipſa urgeret, cerata in lana arundinis internodio oportunę idoneęque craſſitudinis obducta, coalitum diſjunctarum partium molientia ferruminantiaque, quoad occalluerint imponantur:

Hæc inviolatæ coitum perpeſſę præſentiſſima præſidia cenſentur: quam ſi ante concubitum, tanquam nimium curioſi internoſcere velimus, quo minus vafræ omniumque malitioſiſſimæ mulieres, quippe quæ ſingula talia aſtu ad integrum plerunque comminiſcantur, nos falſos habeant, id nobis virginitatis argumentum fuerit. Quod perlucidum iis ac tenue lotium, ſubſtrepitu perinde atque acutiſſimo (quoniam per anguſta exitus datur) ſibilo ut fiſtula impendio deductiore emicans longius admodum excutitur. Quin & edoctæ obſtetricis contuitu hymen (ſi caſta ſit) facile decernitur. Cruoris quoq; delectus (quos paulo ante monſtravimus) indicio ſunt. Gagates etiamnum ſuffitus odoris ſpiramento fauces nareſque non attingente: &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

te: & potus ſi præſentem mictum non cieat (muliere alioquin ſuffitum perſentiente, cominuſque potu mingente) virginitatem eximie deprehendit. Quo modo & corruptarum pudicitiam magnetẽ obdormientis capiti ſuppoſitam, pudicam ad mariti complexum quam mox compellentem, adultera è thoro præ nimio ſimulachrorum pavore excidente, plane aperire autumant. Quamobrem ſummo ſtudio uterus, qui concipiat, vel natura vel arte præparandus eſt: quod ſi ne concipiat facere libuerit, contra agendum eſt. Nam ſi labra lævia craſſaque ſint, haud quaquam commode uſum præſtant. Ob id nonnullæ pridie, quam concubuerint, ut ſemen delabatur, vulvæ cervicem oleo juniperino, aut ex ceruſſa thureve excipientes, oleo ceraque adjectis illinere aſſolent. Araneus phalangii nomine eſt, lanuginoſus, grandiſſimo capite, quo diſſecto intus vermiculi duo inveniri dicuntur, qui mulieribus ante ſolis ortum cervina pelle illigati, ne concipiant mire præſtare creduntur: vis ea annua eſt, quam ſolam ex omni atocio dixiſſe fas ſit, quoniam aliquarum fœcunditas liberis plena, tali * venia indiga eſt. Sed

* *Si Plin. & atheis gentilibus credimus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Sed ſimul ac geniturам intra ſe uterus traxerit, univerſum alveum, ſe ſupra ſemina duo colligens, ac undique ea comprehendens ita contrahit, ut nulla penitus, ſive multum ſive parum ſeminis jaculatum fuerit, vacuitas relinquatur, atque adeo os ſigillat obſepitque, uti etiamnum deductiſſimi corporis acies neutiquam ingredi queat, quod Hippocrates (quem ceu alteram rebus humanis lucem Deus dediſſe videtur) ita prodidit. g *Quæ uterum gerunt iis vulva ſe comprimit:* Apud me hercules tractatu ipſo antiquitatis admiratio creſcit, quantoque major dicenda harum rerum copia ſuggeritur reſtatque, tanto magis priſcorum in inveniendo curam, in tradendo benignitatem adorare venerarique ſubit. Nec dubie ſuperata hoc pacto etiam rerum ipſius naturæ munificentia (modo hæc humani duntaxat operis inventio eſſet) facile videri poſſet. Nunc vero aut eam ipſam deorum fuiſſe, aut certe homine etiamnum inveniente, divinam, eandemque omnium prope dixerim parentem, & hæc ita fabricaſſe, & monſtraſſe oſtendiſſeq; nullo vitæ miraculo majore (ſi verum fateri volu-

g *Hipp. lib. 5. Apho. 51.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

volumus) credi par eſt: quando alia via adhæc adeo exquiſite perveſtigãda nulla relinquatur. Æternum quæſo deorum ſit munus iſtud. Quum autem ſeminalia recrementa in utero conſtiterint, atque intra ſeptenas horas ſui poſt jactum in effuſionem relapſa neutiquã fuerint (quibus calor tantam talemque habens motionem & actionem ineſt, quanta modice ad quamvis corporis partem accommodetur, quod ſi rẽ quæ ſit vel excedat vel deficiat, aut deteriorem, aut læſam & mancam, ſimiliter iis quæ foris igne ad cibum aliumve uſum coquuntur, efficiet: at in iis caloris motum nos ipſi moderamur, in illis gignentis natura accommodat) mox invitam hæſiſſe, autores illuſtres pronunciarunt: proindeque maris ſemen in genitalis fœminei alboris medio propemodum glomeratur. Ambo hæc ſpiritu gignitivo uteroq; jam concreto calfiunt: quo fit ut craſſeſcant ſpiſſenturque, atque craſſa, & glutinoſa calfiunt, ſpiritum̃ flatuoſum adgenerent oportet: quo ſane flatu commixtæ genituræ turgent atque intumeſcunt, minutiſſimæ inſuper hectæ ſpiritu repletæ, aſſurgunt, exinde ex pluribus iis junctis, una fit cavitas,

uberem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

uberem ſpiritus quantitatem comprehendens. Qui nempe ſpiritus intus recluſus refrigerationem quæritans ad ſui cuſtodiam, ſibi in ſeminum medio, eorundem partes ſcindendo pervium iter parat, ut ſpirante fervido, algidus eodẽ ad fervorem contemperandum ſubingrediatur: quo ſpirituum ingreſſu egreſſuque, atque vi ſpiritum poteſtate vitalem, animalem, naturalem ad proportionata loca formativo movente, ſemina apprime ſpumeſcunt. Duorum genitaliũ ſeminum commixtio expediens ac neceſſaria quidem fuerit, tum quo mulieris recrementum virili genituræ conveniens alimentum fieret (etenim virilis craſſa calidæque temperaturæ eſt, contra fœminea tenuis & frigida: ob id craſſitie virilis extendi dilatarique, quemadmodum opus eſſet nequiret, & calore ſimul inchoandi puerperii materiam abſumeret) tũ etiam, ut operimento partui eſſent (nanque virile ſemen ad uteri augmenta cornibus perſimilia non devenit, nec per totum alveum ſpargitur: quare fœmineum, quo ea loca repleantur atque ut ex iis una congeſtis germinis operimenta efficiantur, neceſſarium cenſetur. Itaque coactis jam partibus iis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

& in utero inſinuatis diuque contentis, extera parte terrena reſicceſcente, circum membranula perinde atque in decoquendo pane, obducitur) tum quia neceſſum erat (nam & caleſcentis frigeſcentiſve rei extrema ſicceſcere operæprecium eſt) tum etiamnum alicujus gratia. Nam & ſemen inconſtans, cujus partes diſiiciant, quippe quod uvidum riguumque ſit, continente ſiſtenteque indigum fuit: cætero trium principatum habentium membrorum cordis, cerebri, jecoris, bullulæ molles ac exiles, uteri duritudine oblæderentur: & ſpiritus gignitivi poteſtate alioquin vitales, animales, naturales ocyſſime halarent abſcederentque, ni ſpiſſiori membrano obducto tuerentur atque cuſtodirentur: quod equidem membranum, cum utero per aſpredines, quas antea foſſulas diximus, & iis potiſſimum partibus, quę cornua appellantur, committatur, contenta ſemina eidem annectit: in quo tamen meatulus ea parte, qua umbilicus creatum itūrus eſt, ad ſpiritus eventationem (quam antea commemoravimus) exiſtit: hæc autem in medio expiratio fit à formatrice vi ſic jubente; quāquam enim ſpiritum hunc (utpote le-
vem

vem & calidum) ſurſum atque ad circunferentiam potius ſuapte natura ſuoque nutu ferri par ſit, ad medium tamen, atque quocunque vis illa prope duxerit, divina imperaverit, cujus eſt inſtrumentum, dirigitur. Ad medium autem eatenus propellitur, quatenus *cordis* locum præparet, quo loco ſpiritu intus defervente, & calore extrinſecus exiccante, cordis bulla tumet, vitali ſpiritu (quo commodius afformativa vis cor ipſum ac membra cætera condere queant) referta. Mediam namque ſedem in animali, non ſecus quam rex in regno cor obtinere jus faſque eſt. Deinceps vero bullulæ geminæ, ſuperna parte pro cerebro una, dextrorſum pro jecinore altera, primæ ad tempus cohærentes extuberant: quæ nihilominus ſpiritu (ſuperna animali, naturali altera) replentur: in hac jecur, in illa cerebrum, ſpiritaceis iis ſubſtantiis patrocinantibus procreatum iturum eſt: quæ procedente tempore à cordis bulla, quæ prima fuit, & interſtitio, & ſpecie, & magnitudine abſcedunt. Neque quempiam ex ſolis iis membra illa gigni arbitrari oportet: quandoquidem prima puriore tenuioreq; alimenti parte cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

dis materia expleatur, craſſiore pinguioreque ea, quæ jecinoris, pituitoſiore, atque crudiore, algidioreve ea quæ cerebri. Nec dum tamen membra hæc generantur, ſed bullæ duntaxat præparantur. Quę ſane una cum iis quæ in membrano continentur (quem totum embryonem eſſe contenderim) enutriri incrementumque recipere neceſſe eſt. Ob id per vulvæ acetabula cruentus ſuccus reſudans atque reſtillans alveum ſubiens, membranum circum ambit, quem ſimul cum refrigerante ſpiritu per meatulum, quem gignitivus ſpiritus ſibi afformaverat, intra panniculum à genituris attrahitur, quo perfecte & ad integrum concocto, partes quas modo diximus aluntur augenturque. Enimvero embryo per tempus id adeo exiguus perſtat, uti minimo indigeat nutrimento: atqui nec adhuc illi (quippe qui umbilico eidem uberiore alimonia indigus nectatur) membrano committitur. Mox tribus iis (quas nuper commemoravimus bullis) tres prætenues admodum obductæ membranulæ, cuique una, procreantur. Porro cuncta hæc à conceptu ſexto ſeptimove die abſolvuntur. Quæ cum à phyſicis, ab

Hipp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Hipp. quoque (qui tamen fallere quam
falli non vult) experimento certo accu-
ratiſſime deprehenſa ſunt. Qui libro de
pueruli natura, mulieris ſemine non ef-
fuſo ſaltibus ejus juſſu concitæ atque
plus æquo quaſſatæ, ſeptimo die ejectũ
tali folliculo receptaculoque, quale in
ovo ab extima teſta clauditur conceptui
ſuffeciſſe aſſeruit, quo tempore umbili-
cus inchoatum iri videtur. Nam mem-
branum id cum obduruerit, ſecundam
appellitat, cujus exiles duæ tuniculæ
ſunt. Ex ſeminalibus vero recrementis
intra haſce tuniculas venæ arteriæque
procreantur, quarum ora exteram tuni-
culam penetrantia, ſummaque illius cu-
te patentia diſſeminata, vulvæ venarum
arteriarumq; oris (quæ acetabula nomi-
nitabamus) arteriis arteriis, & venis ve-
nis, æquis utrinq; numeris miro ordine
reſpondentibus, admoventur atque a-
diguntur. O rem inclytæ vocis, ô rem
magnopere mirandam! Tot in illorum
ſeminalium recrementorum tunicula
venæ, tot denique arteriæ concreantur,
quot præciſe in matris utero jamdiu
præfuerant: eadem etiamnum ſerie, ea-
dem prorſus digeſtione ſervata: proh Ju-
piter, nec viſu facilis nec dictu affabilis
ulli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ulli. Deinceps & venæ, & arteriæ, hæ ſecundæ exilitatibus dictis irretiuntur atque involvuntur. Subinde non pulſantibus venis ſimilique modo arteriis in unum coeuntibus venæ duæ, totidemque arteriæ de iis repullulant, quas cuticulare putamen ambit, ex quibus qui umbilicus vocitatur conſtat. Etenim venarum ac arteriarum imbecillitas tutelam operimentumque deſiderat. Hæ quaſi radices quibus alimoniam exhauriat partus, uterum contingunt, & ob eam rem ante principalia membra, quādo principia hæc jam abſoluta uberiori alimento indiga evadunt, quod per umbilicum ab vulva rapiendum erat, deſcribantur oportet. Porro cum potentia quidem, & imperfectum animal fœtus exiſtat, aliunde alimentum recipiat operæprecium eſt. Quamobrem utero & parente (ut terra plantæ) ad ſanguinem menſtruum illi cibum hauriendum, donec perficiatur, & jam ſit animal potentia greſſibile, utitur. Præter ſecundam, geminę quibus obvolvitur fœtus, membranæ extant, quæ majoris minoriſve ratione differunt. Prima partum circumquaque immediate ambiens, Avicius, Amnium, Aurelia, Abcas, Abigaſve,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

gaſve, Sela, Alicas, Conceptus armatura, nuncupatur. Secunda ab umbilico infra embryon circumiens, Alanthoides Biles, Aſcari, Secca, Involucrum, appellitatur. Amnii quidem functionem humorem exudantem è puerperio coacervare, & uſque in diem partus conſervare eſſe unanimiter ajunt: quamobrem non modo partum à ſecunda duriore (qua tenellus proculdubio oblædere-tur) incolumem ac cujuſvis læſionis immunem tuetur: verum & eas humiditates colligens, tum ut puerperium iis ſuperantet atque ſuſpendatur, ne gravior ab acetabulis contineri nequeat: tum etiamnum quia partus tempore, membranis diruptis, uteri cervicem lubricam ac ductilem & facile dilatabilem reddant, maximo præſidio eſt. Commodum ferme idem ab alanthoide recipimus, ob eam, quam intra ſe recondit urinalem partus aquoſitatem, quæ in ipſam per meatulum (quem vrachum appellant) in medio umbilico conſtitutum à veſicæ imo derivatum, diffunditur. Quanquam veſica propriam ad mictionem fiſtulam obtinet, non tamen niſi edito puerperio illa officio hoc perfungitur: At ad umbilicum lotium deveniens vracho alan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

thoidem ſubit, ibique ob eas quas modo diximus utilitates aſſervatur. Humor autem inter has duas cruentus admodum dilutiorq; à mulieribus proferum vocitatur. Cæterum geminæ eæ membranulæ infantem ambientes, interior tenuiſſima, & exterior (quæ proprie chorion à Græcis dicitur) à nobis confuſa vocula etiam ſecundæ nominantur, quoniam & hyſteras eas Græci appellent, quanquam & vulva ipſa numero ſingulari ab iis hyſtera quoque nuncupatur. Nullum ſiccis excrementis corpus, id puerperium conceptaculum adeptum eſt: propterea quod ejus alimonia non ad ventriculum inteſtinaque, hæc ubi ipſa recrementa ſecernuntur, ſed ad jecur per umbilicales venas (quippe quæ ventriculi prima concoctione haud quaquam indigeat) ad jecur inquam, in quo humida fiunt excrementa derivatur.

De geminis itaque his venis alimentum deferentibus, quum paululum proceſſerint, mox poſt umbilicum coeuntibus una, in jecinoris creandi concavum dependent, quippe cui bilis vaſculum alimoniæ expurgamentum inhæreſcat, ſatius menſtruum ſanguinem perpurgari, priuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ri, priuſquam per membra diſtribuatur, cenſente natura. At arteriæ duæ, non ad cor ob ſpacii longitudinem, ſed ad arteriam magnam, ſecundum ſpinam coextenſam ex corde primum deſcribendam, ſuper veſicæ partes procedentes, deveniunt, illique ductilibus colligationibus connectuntur: per eaſdem embryonis cor eventatur, & ab utero cum ſpiritum, tum etiamnum puriorem ſubtilioremque cruorem haurit. Omnia deinceps à principalibus orienda lineamentis, primum membra poſt ſex ſeptemve ante dictos dies, duorum, trium quatuorve dierum ſpacio deſcribuntur. Subinde quatuor, octo intercedentium-ve poſt prædictos dierum tractu lineatione peracta, cruenta materia per umbilicum hauſta fœtum totum permeat, atque ad membrorum fabricam propius accedens, prædiſponitur, quæ quoque & per id tempus lineationes replet. Mox novem aut quindecim aut intermediorum dierum ſequentium ſpacio, ſanguineus ſuccus in carnem convertitur, quo etiam tempore membra & colores & mollitiem duritiemque adipiſcuntur, perinde ac ſi pictoris officio dum condit creatque natura perfungeretur. Etenim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ubi primum lineis animantem pictor effinxerit, mox coloribus variis pro partium natura accommodatis illinit ac perficit. Sed quum in conceptu omnes corporis partes potentia inſint, primum omnium (utpote principium maxime promtum) *cor* ſanguine per geminas antea dictas arterias ab utero hauſto actu ſecernitur, cui ſane ſpiritus gignitivus, una & generativa afformatrixque vis, veluti propriæ ſedi protinus ab initio inſidere, in quo etiam primum vitalis ſpiritus progeneratur. Quippe quomodo temos, maximũ dextro in latere, minimum in lævo (quem aurem ſiniſtram, imperitiores Graii ota vocitant) medium cavitate inter utrinque media primo majori venæ, medio aortæ annexo, ſinulos nervulis etiam ſuffertos contineat. Homini animalium uni paulo à mamillarum diſterminatione ad lævam, parte ſui ampliore, qua corporis ſuperiora ſpectat (radix ob patulicantes utrinque pinnas dicta) prope dixerim pupillam, inclinat: at extrema, qua in acutum ſeſe colligit, in mucronemque plane exit parte, infra mamillam in priora eminens ac palpitans vergere tactu exploratur ac patet. hoc ut prius viſcus

viſcus efformatur naſcentibus, ita noviſſime emoritur. Quis enim cor hirſutum quibuſdam fuiſſe antequam cerneretur crediderit? cui rei Ariſtomenes Meſſenius, quem Lacedæmonii tertio captum diſſecuere, argumento eſſe poteſt. Id homini dragmis binis ponderis per ſingulos annos ad quinquageſimum uſque gliſcere, à quinquageſimo tantundem ab eo detrahi, proindeque cordis deliquio, ultra centeſimum annum vitam negari Ægyptii exiſtimarunt. Alii quoque ad uſque quintum, & ſexageſimum diem à conceptu augeri commemorant. Huic præcipuus calor, huic cæteris corruptis partibus vitalitas perdurans, huic præmolle firmumq; membranæ involucrum aquę oppletum, perpetuo madore indigo operimento eſt. Id prima intra ſe animo ſanguiniq; domicilia præbet. Exinde ſanguine, qui per umbilicales venas in partum transfunditur, *Iecur* conditur, cui vitalis ſpiritus, quo naturalis fiat à corde demandatur, infra ſeptum à dextro latere ſub præcordiis, omnibus æque membrum hoc per naturam & non prodigioſe habentibus) ſitum eſt: bubulo ſimile, venæ majori, nulla ex parte aortam attingens,

gens,

gens, jungitur. Colos huic concreti cruoris eſt, in quo nimirum amoris ſedem, ſapientiores poſuerunt, ac eorum autoritate divini vates commoti, Tityum illum apud inferos ea qua peccaverat parte dari pœnas examuſſim commenti ſunt. Ab exteriori parte gibbum eſt, ab interiori vero concavum. Ventriculo inſidens in quaternas fibras diducitur. Id centenis duraſſe annis vetuſtatis vel maxime patiens obſidionum exempla prodidere. In quo fel quidem (quia peſſimi ſanguinis expurgamentum) extat. Hominum paucis, quorum valetudo firmior & vita longior, negatum putant. Deinde ſeminum ſubſtantia *cerebrum* conſtituitur, quod in homine proportione magnitudinis corporaturæque plurimum ſuperque humectum: viri quam fœminæ majus: duabus ſupra ſubterque membranis, altera oſſi validiore cohærente, infirmiore altera ipſi cerebro citima, velatum obductumque, omnibuſque bipartitum, ſanguine penitus privatum, per naturam algidũ, priorem capitis ſitum plane obtinet: pars huic poſtrema (quod cerebellum vocitatur) & tactu & forma prorſus diverſa, annectitur. Priores partes mem-

brana

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

brana veſtitæ, exigua quædam cava (quæ cerebri ventres antiquitas vocitavit) intra ſe habent. Ideoque omnium cerebro medio parva quædam oſſicula ineſſe prodidere. Hic mentis eſt regimen, hic habet ſenſuum arcem, hic culmen altiſſimum, huic vitalem ſpiritum ut in animalem dearticuletur cor ipſum impartit. Hoc viſcerum excelſiſſimum, cæloque proximum uni hominum in infantia palpitat, nec niſi in primo ſermonis exordio roboratur: hoc ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus, aliud eſſe quam medullam argumento, quoniam coquendo obdureſcat eruditiores & deprehenderunt & poſteris reliquerunt. Itaque caput à corde atq; jecinore continuo generatur, quod cæteris magnitudinę præſtat. Poſt hæc cæterarum unaquæque partium ex alimento per venas & meatulos quoſque reſudante, quemadmodum aqua per crudiuſculum fontem, concreatur. Nobiliſſima quæque ac potiſſimi principii particeps, ex concocto, ſinceriſſimo primoque alimento: reliquæ vero neceſſariæ, ac illarum gratia inſtituendæ, ex deteriore, ac reliquiis excrementiſque. Perinde enim natura atque prudens paterfamilias

haud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

haud omittere, ex quo aliquid commodi moliri queat, quicquam ſolet. In rei autem familiaris cura ita diſpenſatur, uti liberis optimus cibus, deterior ſervis, animalibus viliſſimus detur. Quocirca ex tribus iis principiis tria ſecernuntur germina. Ex corde arteria aorta. ad innumeras hujuſcemodi ſpiritus ſemitas inter nervos latentes, cum ſanguine, tum etiam ſenſu carentes, diducta, quibus præciſis ea duntaxat corporis pars torpeſcit: harum percuſſus (in membrorũ maxime cacumine evidens) in modulos certos, metricaſque leges, ab Herophilo medicinæ vate miranda arte deſcriptas, per ætates ſtabilis, aut citatus, aut tardus omnium fere morborum index eſt. Ex jecore *vena* cava, quæ & ipſa numeroſis ſanguinis ſpiritus ſemitis, innatantibus rivulis diviſa, in prætenues poſtremo fibras totam ſubter cutem diſperſis, in anguſtam adeo ſubtilitatem tenuatur, ut cruor aliudve penetrare haud queat, præterquam exilis quidam ſuccus, ab illo qui crebris admodum cacuminibus ſudor appellitatur. Et cerebro nervi, bibulo quo & naſci & ali perhibent circumvoluti, lubricis oſſibus applicati, corporumque

nodos

nodos (qui articuli vocitantur) aliubi interventu, aliubi ambitu, aliubi tranſitu, vincientes, hic teretes, illic lati, ut in uno quoque figuratio popoſcit. Ii inciſi haud ſolidari tradunt. Satis ſuperque mirum eſt vulneratis ſummum dolorem, præſectis nullum penitus accidere. Et ſpinalis medulla. Ex ſeminalibus quidem genituris cuncta hæc conſtant. Mox reliqua deſcribuntur, qualia *oſſa* ſunt, & hæc potiſſimum, quæ ad principalium tutelam natura deſtinaverat, veluti calvaria, quæ pro cerebro interiore parte concava, extrinſecus gibba, utrinque lævis, & qua cerebri membranam contegit, & qua cute capillum gignente contegitur, hac ab occipitio & temporibus ſimplex, à fronte in verticem uſque duplex comparet. Cujus ab exteris oſſa obdura, ab internis, quibus inter ſeſe connectuntur mollia foraminulentaque ſunt: quippe inter quæ venæ paſſim diſcurrant, quas iis alitũ ſuggerere credibile eſt. Quæ ſine ſuturis raro, cum iis frequentius viſitur, quanquam earum numerus quomodo & locus incertus eſt. Inſuper jugale os, quod tranſverſum à genis tendens ſuper ſinuſos, qui ſunt juxta aurium foramina finiens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

niens, ab inferioribus oſſibus ſuſtinetur. Os malę ſuperiores dentes exigens. Maxilla molle os, cujus ima pars mentum eſt, à quo utrinque ad tempora procedit, quæ & ſola movetur. Vertebræ deinde quatuor & viginti, nam ſeptem in cervice, duodecim ad coſtas, reliquæ quinque proximæ coſtis ſunt, ſpinalis medullæ tutamina operimentaque. Exinde ſumma coſta infra cervicem contra humeros ſita, atque undecim inferiores uſq; ad imum pectus pervenientes, quæ primis partibus rotundæ & quaſi capitulatæ vertebrarum tranſverſis proceſſibus, ibi paulum inſinuatis inhærentes, inde pateſcunt, & in extimam partem recurvatæ, paulatim in cartilaginem degenerant. Ac ipſum quoque pectoris os, valens durumque à faucibus incipiens, ab utroque latere junctum, quæ univerſa cor tuentur. Sub prioribus vero coſtis quinque (quas rhoas Græci cognominant) breves tenuioreſque, quę paulatim in cartilaginem verſæ ac ima potiſſimum, quæ majori jam parte nihil niſi cartilago eſt, oris abdominis inhæreſcunt, atque jecur cuſtodiunt. Subinde ſolers natura reliqua ex ratione molitur: quemadmodum duo lata oſſa utrin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

utrinque ad ſcapulas tendentia (quæ Latini ſcoptula, omoplatas Græci vocitant) in ſummis verticibus inſinuata, ab iis triangula ſenſim lateſcentia: & quo latiora hebetiora, ad ſpinam permeantia, imo quoque ſui cartilaginoſa, poſteriore parte veluti innatantia: quoniam nulli, niſi in ſummo, oſſi inhæreſcant: humeros, radios brachiorum ſuperiora brevioraque oſſa: cubitos, inferiora longioraque: manuum oſſa, quæ cum multa, quippe quorum numerus pene incertus, tum etiam minuta ſint, oblonga tamen omnia triangula, ſtructura quadem inter ſeſe connectuntur. Oſſa coxendicum, pectinem, femina, patellas, cartilaginoſa ac mollia oſſa. Gemina tibiæ cujuſque oſſa. Talorum oſſa, calcium, pedum, quæ iis quæ manibus inſunt reſpondent. Subinde cartilagines, operimenta, colligationes, atque hæc ex ſemine.

Ex ſanguine menſtruo carneæ partes conſtruuntur. Veluti *pulmo* natura inanibus fiſtulis cavus fungoſuſque, in binas ungulæ bubulæ modo fibras diductus, venæ majoris ſingulis ſuis fiſtulis rivulos excipiens, proindeque ſanguinis plurimũ continens. Nec audiendi ſunt,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

qui cruenti ſucci (eorum quos diſſectis animalibus detraxerint, quorum univerſus cominus ſanguis effluxerit, conſpectu decepti) pulmones vacuos eſſe & ſanxere & prædicarunt. *Lien*, quem ſplenem Graii appellavere, haud cincto ut jecur, at inteſtino innexus, à concavo ventriculum aſſequitur, à gibbo vero dorſo adalligatur, venæ uni majori junctus. Cujus magnitudine loci riſuſque intemperantiam factum iri phyſici prope omnes aſſeverant. Ex adverſo, iis qui vel eo carent, vel quam breviſſimo per naturam utuntur, riſum adimi, quotidiano uſu compertum eſt. Sed quam ob cauſam ſibi magnitudine loci intemperantiam, parvitate exemptionem aſciverit, nec dum ab iis ſatis explicatum. Nos vero quantum ingenioli facultas ſuggeſſerit dicemus: quod quum lien proprium atræ bilis conceptaculum ſit, hinc vaſtitate ſucci illius riſui adverſantis impendio majorem, quam jecur ſuppetat, copiam deſideret oportet. Unde & univerſam atram bilem, & purioris ſanguinis adhuc pro ſui altione neceſſariam oportunamq; portionem attrahet. Ob id cruentum ſuccum perſpicaciorem lucidioremque joco aptiſſimum reddi

par

par eſt. Contra brevitate, non etiam quantum atrabilarii ſucci jecur aggenerat, ſuſcipit, & ob eam rem ſanguis impurior admodum, turbulentior nigribiloſiorque magis, in immanem triſtitudinem agens relinquitur. Nam & hujuſcemodi accidentia atri fellis vitio fieri ex Hippocrate vel maxime dilucet: *Si mœſtitia aut metus longo tempore tenet, atra bilis in vicio eſt.* Laborantibus nempe curſorum veluti peculiare, curſus impedimentum inuritur. Quo etiamnum per vulnus exempto animal vivere autumant. *Renes* duo bubulis ſimiles, perinde atque ex multis renibus compacti, in adipe merſi urinatique, ſummis lumbis ſub imis coxis adhærentes, ab ea qua coxis hæreſcuut parte, reſimi: ab alia vero globoſi, ventres, cavaque & ii habentes, ad quæ tam qui ex cava vena, quam qui ex aorta meatuli minime pertinent: at eo loci pertendentes in renum corpuſcula abſumuntur obliteranturque. Cujus rei apertiſſimum argumentum fuerit, quod ii ſanguine carent. Eorum dexter ſuperiorem ſibi locum vendicat, & latior ſicciorque minus pinguitudine obducitur. *Lingua* & glotta & gloſſa recta ratione nuncupata, carne

ſoluta,

ſoluta, rara, fungoſa conſtans, imbricatæ aſperitatis, quæ aut lata, aut anguſta, aut mediocris omnium expeditiſſima atque explanatiſſima eſt, hæc in animantibus cæteris ſemper abſoluta, in homine duntaxat uſque eo venis conſtricta, ut eas intercidi neceſſum ſit, alioquin uſui loquendi inepta: ſaporum intellectum ſui præcipue primore parte, & ſingulorum præterea, quæ caro ſentire queat, ſua quavis obtinet. Tonſillæ: quod vero inter eas ultimo palato dependet columella, ſive uva dicitur. At verius quidem cum immodice humectata intumeſcit inflammaturque uvæ nomine vocitatur. Gingivæ oris multifida compago. Gula cibum potumque devorandi fiſtula Fauces illius ſummũ, *Stomachus* poſtremum. Venter infimo ſtomacho annexus inferiore ſui parte anguſtior: hinc eo oppleto, ciboque ob anguſtiam ſuppreſſo (quod iis quorum ſpatioſa laxitas eum ad inferiora tranſmittit obtingere nequit) homines facile vomunt. Ab hoc ventriculo *lactes*, per quas flexuoſiſſimis orbibus edulia delabuntur. Nec ab re fuerit hoc loco admonuiſſe ex lactibus, hoc eſt, gracilioribus inteſtinis, imo ventriculi paulum

lum in dexteriorem partem converſo, in ſummumque inteſtinum coartato ac annexo, eam juncturam pyloron Grajos appellitaſſe, noſtri portonarium, quoniam portę modo in inferiores partes, ea quæ excreturi ſumus, emittit. Nonnulli etiamnum (falſo tamen) duodenum pyloron ad duodecim digitorũ menſurã hunc ſe produxiſſe rati, quando nihilo ſecius pyloros, ſola junctura duorum ſit. At quod ſequitur inteſtinum ecphyſis, hoc eſt, propago ſive duodenum appellatum eſt: cui equidem & menſura hæc quadrat, & vocamentum ſibi jure convenit. Jejunum vero eſt, quod ilam, hilam, ſeu duplici l, hillam, hiramve, & plerique hillum nominitant: Illæ vero plurali numero, vel hyllæ, hylæve, à quibus ad alvum capaciora inteſtina, in cæteris ſunt quas in homine atq; ove lactes diximus, non ilia, ut ex Plinio plurimi perperam legunt. Jejuni autem nomine duodenum & jejunum interdum comprehenſa ſunt, uti apud Macrobium jejunum omnium inteſtinorum principium habere exaratũ eſt. Et alii ex probatiſſimis lactes in tria duntaxat diducunt, pyloron, jejunum & tenue, quod eſſe nequit, ni jejuni vocabu-

cabulo utrunque intelligamus, nec injuria id factitatum cenſendum, quandoquidem duo illa quo ad ſubſtantiam idẽ ſint, inde tantummodo diſſidentia, quod pars primora haud implicita eſt, quæ ecphyſis, ſive duodenum, vel propago cognominatur: pars altera implicita, non tamen ut tenuius inteſtinum eſt, hæcque peculiari vocula jejunum dicitur. Tertium ex lactibus inteſtinum tenue vocatur, ab imperitioribus ilion, morbuſque illius iliacus. Quum tamen ileos à diligentioribus appellitetur, & qui hunc perpetiuntur ileoſi. Iliacus veroonioſuſve is intelligitur, qui lagopono, hoc eſt, ilium dolore vexatur. Sunt autem ilia & quæ à Græcis lägona & ceneona nuncupantur, partes umbilico in latus utrunque ſubditæ, inter quæ ſumen ſeu abdomen pubeſque intercluditur. Igitur ilia inter coxas, & pubem ſumenve, imo ventre extant. Quanquam & arteriæ inter veſicam & alvum & ad imam pubẽ tendentes, ilia etiamnum dicantur. Neque abditum in obſcuroque eſt ilium dolorem chordapſon Dioclem Caryſtium appellaſſe: quando tamen & chordapſos & chordios, is qui colicus à noſtris dicitur, exiſtat, quem

nihilo-

nihilominus Diocles ileon commutatis nomenclaturis nominaverit. Unde & colicus à colo, quod ſane inteſtinum laxius atque ile ſingulari numero vocatum, cœcoque commiſſum eſſe conſtat. Sunt tamen qui Plinium falſo legendum putent. *In homine hillæ infima parte ſimul à Græcis vocatur colon*, adeo quod apud graviſſimum autorem hillæ vocamento numero plurali,& tenue & craſſum inteſtina ſignificetur: quandoquidem hillæ (ut ante diximus) nec in homine nec in ove, ſed in cæteris tantum ex Plinii ſententia compareant. Ex quo id plane evenit, ut breviſſimo ſpacio ſibiipſi contradicat. Verba autem Plinii ſunt: *In homine ile infima parte ſimile ſuillo à Græcis appellatur colon*, quæ ſingula numero ſingulari, non etiam plurali aptiſſime reſpondent. Eſt præterea ſubrectum inteſtinum, quod vocula alia Latini alvum, recentiores longanonem, vel longanem (ut retulimus) vocitant. Inteſtinum diſſeptum, ſeu ſeptum tranſverſum, præcordia, cinctumve quod ventrem & cætera inteſtina ab extis ſecernit. *Inteſtinum medium*, quod Graii meſenterion dicunt, cui venulis quam plurimis ſufferto lactes involvuntur, ut

à duro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

à duro ſpinæ contactu munitiores magiſque ſeptos reddat. Nihil tamen adeo mirum aliud mihi eſt, quam nonnullis, qui inter præcipuos & habentur, & ſunt idipſum lactes appellare placuiſſe: quãvis non me lateat, alios lactes loca ſub umbilico in lateribus pubetenus delicata, adeo ut plagam ferre nequeant: alios pinguia inteſtina, ut Perſius, *unctos lactes* hinc dixerit: quoſdam membranas, quibus inter ſe inteſtina cohæreſcunt, nuncupaſſe. *Minor lingua* exiguave, quã novo vocamento quidam ſublinguium dixere, hæc duabus interpoſita fiſtulis (utpote cujus opera gemina) interiorem ad pulmones atque cor pertinentem, aſperam arteriam nominatam, carne cartilagineque conſtantem, ſpiritu ac voce illa meante in epulando circumquaque operit, quo minus ſi potus eduliaque in alienum deerraverint tramitem, torqueant: aliam vero exteriorem (cui certe gulæ vocamentum fuerit) nervo carneque conditam, quum ſpiritus tantum aut vox commeat, ne intempeſtiva alvi reſtagnatio interſtrepat, per vices adoperit. *Veſica* infra alvum à priore parte membrana conſtat, cicatrice haud ſolideſcente icta. Porro ex iis pleraque cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

cum ex ſanguine, tum etiam ex ſeminalibus genituris, quippe quæ promiſcua indiſcretaque membra ſint, congignuntur. Ex recrementis *pili, ungues*, & id genus reliqua conficiuntur. Etenim cruentus ſuccus in fœtus ventrem transfuſus, algore conſiſtens in carnem mutatur: quo fit ut ab igne caro reſolvatur. At quæ terrena admodum oriuntur parum humoris caloriſque nacta. Hæc dum refrigeſcunt, humore una cum calore halante, duram terrenamque formam indipiſcuntur: veluti ungues, quamobrem igni hæc molliuntur. Nervi & oſſa & id genus reliqua, humore ſicceſcente conſiunt, quocirca oſſa ab igne reſolvi nequeunt. Nervus inſuper, cartilago, colligationes, operimenta, ſicca ductiliaq; ſunt. Os ſiccum & fragile, caro mollis. Omnium autem oſſium, quæ in corpore ſunt, pleraque cava atque medulloſa ſunt, nonnulla minime. Concretis tamen oſſibus univerſis, ac ſine medullis (quanquam rari admodum ſunt) prodigioſa virium elatione, corneos nuncupatos, quoſdam vixiſſe, apud digniſſimos autores lectitaſſe meminimus. Cæterum *cutis* reſicceſcente carne, quomodo in polentis cruſtula (quam vetu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

lam vocitant) efficitur. Nec ſolum propter extremum ejus generatio evenit, ſed etiamnum quod lentitudo reſideat, quum evaporari non poſſit. lentum enim hoc pinguius exiſtit, unde pingue ſub cutis operimento viſitur, quaſi cutis ex ejuſmodi lentitate conſiſtat, pingue enim lentitatis non nihil obtinet. At ut in univerſum dixerim, omnia hæs partim neceſſario, partim alicujus gratia talia exinde facta molitaque eſſe aſſerendum eſt.

Deinceps vero novem dierum ſpacio ſuperior moles per generationem digeritur, atque diſtinguitur, inferior tempore procedente incrementum recipit. Primum proinde caput ab humeris diducitur, & brachia, & cubiti à lateribus, & ab invicem crura diſiiciuntur. Colligationes articulorum juncturis committuntur. Os, nares eminentiores, quas ſubdolæ irriſioni novi mores dicavere, aures propriis foraminibus carne extuberant. Ocelli pars corporis precioſiſſima, & qui lucis viſu vitam à letho interſtinguant, ſincero ſucco prægrandes replentur: quos ubi naſcentibus nigros peroptaveris, ſoricem prægnanti mandendum dabis. Frons triſtitiæ, hilaritaris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tis, clementiæ, ſeveritatis in ejus aſſenſu index. Supercilia & pariter & alterne vibrantia, quæ nihilominus nobis (quanquam per id tempus glabra adhuc) eatenus ſupercilia appellare liceat, quatenus eo loci ſuperciliorum pubes brevi admodum naſcitura eſt. Genæ oculorum munimenta: hinc hominibus nictationes. Cilia extremi ſuperiorum genarum ambitus. Malæ infra oculos, pudoris ſedes: quandoquidem inibi vel maxime ſuffuſus rubor præmonſtretur: has genas etiamnum antiqui vocavere. Buccæ infra eas hilaritates riſumq; penitus pandentes. Rictus, labra, memtumque membratim, ſingula ſine fine diſterminantur, in apertoque effigiata prodeunt. Mox collum, humeri, jugulus, ſcapulæ, pectus in quo mammæ, alæ, latera, ſpinæ, dorſum, venter, hypochondria, ſubcartilagiave, lumbi, umbilicus, abdomen, aqualiculus, colago, ilia, coxæ, nates, conſpicua protinus viſuntur. Genitalia manifeſtantur membra, femora, crura, ſuræ: poſtremo manus pedeſque ac extrema queque in lucem prodeunt, quum prius deliteſcerent. Attamen quibuſdam adhuc per tempus id triſtius membra hæc prorſus

interſtincta comparent, quæ non minus dierũ quatuor tractu apertiſſime comprehenduntur. Quocirca medios quoſdam ex ſuperioribus numeros colligentes, quadraginta & quinq; dierum numerus (puerperii afformationis longiſſimus terminus ſecundum Medicorum decreta) exurgit. Nam ſolibus ſex ſpumificationi, quatuor lineationi, octo lineationis repletioni, quatuor & decem carnificationi, decem & tribus afformationi attributis, quadraginta quinque dierum numerus conſtat. Minimus vero numerus triginta dierũ ſpacium eſt. Quoniam ſoles ſex ſpumificationis, duo lineationis, quatuor lineationis repletionis, novem carnificationis, totidemque afformationis, nec pauciores eſſe queant, ſunt At de mare puerperio loquuti, ita termini omnium ferme conſenſu diſpoſiti ſint. Quando alioquin de fœmella ſentiendum ſit, quippe quæ longioribus (ut inter omnes convenit) temporum impendiis abſolvatur. decẽ namque dierum ſpacium (quanquam & maturius plerunque veluti quinum dierum tractu fabricari illuſtres autores obſervavere) ultra maris ſpacia, ad ſui afformationem exigit, atq; expoſtulat.

Cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Cujus etiamnum per tempus id figura poſt abortum in humido haudquaquā permanet : ſed ilico ocyſſimeque plane diſſolvitur. Contra mas eo quo diximus tempore, ſi in aquam frigidam diffunditur, in membranula cogitur, conſiſtitque, qua dirupta partus ipſe majuſculæ formicæ magnitudinem præ ſe ferens viſitur : & membra jam inde diſcreta tū cætera omnia, tum genitalia conſtant. Quare quum fœtus in utero formatur, fœmina mare longe tardius perfectionem quarumcunq; partium adepta eſt. Atqui ſæpius undecimum menſem contra quam mas protrahi proditū eſt. Sed quum in lucem prodierit, fœmina ocyus quam mas (utpote quæ defectio quædam ſit, quandoquidem fœmineus ſexus quaſi naturalis læſio, ac detrimentum exiſtimandus eſt) & accreſcit, & ætate floret, ac viget, demumque ſeneſcit: Sunt enim fœminæ ſuapte natura ſuoque nutu debiliores, vegetiores ac denique algidiores. Intus igitur præ ſuo algore ſerius diſcernuntur: quoniam diſcretio hæc concoctio eſt: calor autem eſt, qui apprime concoquit, & quod calidius eſt, id concoctu nimirum facilius extat. At foris ob ſui languorem debi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

litatemve ocyſſime ad ætatis vigorẽ & ſenectam deveniunt. Etenim minora omnia, ut etiamnum in artis operibus, ſic in naturæ, citius optatum finem attingunt. Cæterum quo nihil inſtituto operi deſit, noſcentes tantum meminerint, partuum ſancitas ab antiquis, quorum ſemper cura fertilior, induſtria felicior, afformationes à nobis interim dici. Nec eos deterreat interturbetq;, quod Straton Peripateticus, & Diocles Caryſtius de hac ipſa re alio quã aſſeruimus modo ſenſerint. Quippe quum concepti corporis fabricam per ſeptenos dies (ad Platonicam ſeptenarii majeſtatem alludentes) hac obſervatione diſpenſent: ut hebdomade prima, genituris intra inchoandi hominis metam locatis, genitivum humori folliculum artifex natura primum circundet. Secunda crebras extimam conceptabuli ſuperficiem cruoris guttas paſſim geſtare putant. Tertia hebdomade deforis introrſum verti eas, demergique. Quarta humorem ipſum ita coagulari, ut inter carnem & ſanguinem liquida adhuc ſoliditate concretioneque conveniat. Quinta (partu menſe ſeptimo maturaturo) in humoris ſubſtantiam humanam, magnitudine

tudine quidem apis (ita tamen, ut in illa brevitate & univerſa membra, & deſignata totius corporis liniamenta conſiſtant) figuram integre confingi. At ſi nono à conceptu menſe abſolutio futura ſit: ſiquidem fœmina fabricatum itur, ſexta hebdomade membra dividi, ſin maſculus ſeptima, arbitrantur. Ergo hercule ii neque productiſſimum à nobis præfixum afformationis terminum, quem quadraginta & quinque diebus, quatuor plerunque adjectis, nimirum conſtare propoſuimus, quibus ſeptimã hebdomadem plane conflare aſſurgereque, cuique liquet. Neque breviſſimum (quanquam quinta hebdomas ab iis minimus terminus tradatur) peſſundãt, interimuntve: quandoquidẽ haud perpetuo profligata hebdomade afformari contenderint. Sed & quum jam media eſſe cœperit, idipſum cumulatiſſime factitatum iri, neque inficiantur, neque perquam exigua nictatione abnuant. Ex quo evenit, ut trigeſimo quoque ſole hominem fingi rerum natura, vel ſecundum horum monita aptiſſime patiatur. At miror equidem eos non modo credidiſſe, in utero fœmellam paulo ocyus mare effingi: verum etiam prodidiſſe,

quod quamvis vanum, nec ſine contactione proferendum exiſtimaverim, ne in hiſce quiſque anxie ambigat, attingere tamen quicquid tanti viri in doctrina non ſpreverint, quam horum, omnium ignorationis ſuſpicionẽ ſubire, maluimus. Porro quæ hujus figmenti origo fuerit, & quibus initiis hæc in illis opinio uſque adeo exoleverit, exarſeritque, penitus quemque præterire reor, præſertim illuſtrium priſcorum Peripateticorumque principium rationibus (quas quodamtenus retulimus) contrarium prorſus commonſtrabimus. Quorum decreta poſt quam in ſumma (ut fas eſt) autoritate, & eſſe & haberi cœpere, illorũ maſculi ſeptima hebdomade fabrice, fœminæ vero ſexta, perinde atq, puerilium deliramentorum commenta confeſtim peſſum iêre obſoluereque. Nec dum tamen, quoties quinta hebdomade iſta membrorum deſignatio fingitur, menſe ſeptimo: quoties vero ſexta vel ſeptima, nono menſe partum maturari ſatis conſtare in apertoq; eſſe volumus: quod ſane munus quũ membratim hiſtoria decurret nobis ſcrutandum penſiculandumque reliquimus.

1 *Quo tēpore anima corpori infundatur.*

2 *A quo creetur.*

3 *Immortaliſne, & an una omnibus ſit.*

4 *Cur novæ indies animæ creentur.*

5 *Quonam modo ad concumbentium libidinem momentis ſingulis, & qua cœli parte procreetur, quave in corpus deſcendat, qua etiamnũ corporis parte ingrediatur.*

6 *Quo pacto animæ conveniat, modo in terras deſcendere, modo aſcendere. Curque ſi cœleſtes ſunt, invitæ à terris diſcedant.*

7 *Cur defunctorum animæ non redeant. Et nunquid in corpora noſtra quicquam agant.*

8 *Quo tempore infans in utero moveri, quo ſentire incipiat, quo uſu enutriatur, increſcatque.*

CAPUT III.

SEd jam cœleſtibus hinc auſpiciis, ad cœleſte illud, quo hoc ipſum ſumus quod ipſi ſumus, an fort everius dixerim, quod ipſi proprie ſumus, feliciter accedamus. Id au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tem rationalis ex divino intellectu conſiſtens anima eſt, cujus profecto originem de cœlo manare apud eos, qui vera noverint, indubitatæ eſſe ſententiæ perſpicuum eſt. Proinde huic ſolam eam dum corpore utitur perfectam beatamque eſſe ſapientiam conſtat, ut natalis ſui principia penitiſſimaque exordia ac prima reſpiciens, nec ſe quæritans extra, unde orta ſit, de quo tam ubere prodierit fonte prorſus recognoſcat. Hinc ea Delphici oraculi ad beatitudinem quo itinere perveniret conſulenti ſanctiſſima vox: Cognoſce teipſum. Quo quid præſtantius, quid felicius, quid denique animulæ hoc in teterrimo carcere beatius eſſe queat, non facile quis expreſſerit: quandoquidem hoc ipſo duntaxat, quadam quaſi humanorum fuga ſolis ſeſe divinis inſerat, ſola hæc, tanquam nihil ſit aliud intueatur, ac quoad licuerit, incognoſcat. Teneras cupiditates non reprimat modo, at penitus obliviſcatur, ſuccenſere nec ſciat, nec queat: ac demum ita ſe ſupernæ & divinæ menti ſociet, uti perpetuum cum ea, imitando, fœdus conſtantiſſime aſſervet. Quas nempe ſolas defecati, & ab omni hujuſce mundi aſpergine preſſi, pureque deterſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

terſi animi virtutes (utpote quæ non plumbo inhærentes ſtatuas, nec areſcẽtibus triumphos laureis, at ſtabiliora quædam impendioque viridiora atque cultiora pręmiorum genera nemine diſſitente deſiderent) beatum facere quem præterit? Quomodo & alia quempiam via (modo ne vana admodum auri adulatione nactum) nomenclaturam hanc ex æquo adipiſci, fieri qui poteſt? Is ſane in cœlum in eorumque cœtum, qui jam vixerint, & corpore laxati ſplendidiſſimo candore elucentem Galaxiam incolant, latiſſimam cuivis jure optimo viã præparari, ratio in medio conſtituta efflictim ſuadet. ſiquidem animæ quibus incubuiſſent virtutibus, poſt corpus evectæ, quum nec corporea, puro virtutum fragrantiſſimoque fomite penitus irrigatæ, eluvie onerentur, atque ſordeſcerent: nec cœleſtem, quam perpetim reſpectu cogitationibuſq; dum vel adhuc corporibus tenerentur pene poſſederant, unquam deſcenderant, fauſtiſſime reportantur. Hinc profectæ, huc quod ne dum reliquerant, habitaculum repoſcentes, facile revertuntur. Inde in corpora labuntur, iis illo, quæ promerentur redditio eſt. O terque quaterque beatæ!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

beatæ! Cæterum quo tempore hæc corpori infundatur, variæ opiniones extitere. Nos eam ſequemur, quam veram magis eſſe arbitramur. Itaque poſtquam in mulieris utero ipſa ſeminalia recrementa, & quod à viri corpore ante defluxerat, afformatricemque vim ſecum ab viri anima traxerat, & quod à muliere, à cujus anima adæque vim eandem hauſerat, per has ipſas vires diebus circiter quinque & quadraginta, ſic ſunt affecta, ut ſex primis diebus lac evaſerint, mox tribus ab iis lineata: ſequentibus ſex continuo ſanguis: duodecim aliis caro informis. Bis novem reliquis figurata. Quibus tamen plerunque adduntur ſubtrahunturque ſoles. Tunc anima rationalis à ſublimi Deo creatur, createque infunditur. Exindeque corpus in omnibus officiorum functionibus ſuis, anima hac gubernatur, ac regitur. Nec obſtat quod ante completam hanc afformationem fœtus animæ functionibus, tum quia alebatur augebaturque, tum quia præſentiſcebat, perfrui viſus eſt. Quandoquidem operationes hæ, quæ ante cæterorum membrorum concreationem, animæ cujuſpiam cordi inſidentis eſſe videbantur, non ab anima

anima quapiam, at à formatrice vi, ſpirituque gignitivo prodierint.

Sed qualis nam obſecro iſthæc animæ creatio? an à Deo, qui omnium, quæque ſunt, quæque eſſe videntur, & princeps, & prima origo & eſt, & vocitatur ſine medio: an fortaſſis ut Plotinus, & Proculus, aliique Platonicorum nonnulli ab angelo concreati arbitrandum. Nobis hercle Dionyſium Areopagitam, Origenem, & Aurelium Auguſtinũ præcellentes Platonicos animã à Deo procreari ratos, ea nimirum ratione fretos magis ſequi libuit. Quoniam anima ex nihilo fit, non enim quum ſimplex ſit, ex rebus ullis prius exiſtentibus procul poſitis, deinde in unum coactis generari quivit: hoc ſiquidem ex pluribus partibus componi, non partibus carere apertiſſime eſſet fateri. Neque ex materiæ viſceribus fomiteque, prius informi, ſubinde afformato, quippe quæ ſupra materiam ſit, eruitur: quare ex nihilo fieri annuere cogimur. At poſt nihilum è veſtigio ipſum ſimplex & abſolutum eſſe ſequitur, quod eſſe Dei proprium eſt cunctis tribuere. Quandoquidem quod naturæ alicujus particeps evadit, eam ipſam naturam abſolutam produ-

cere

cere nequeat: quia quod tale aliquid ſecundum participationẽ exiſtit, id quod abſolute tale eſt, ſequi operæprecium eſt: imo etiam ſit per illud, quicquid ipſum eſt: quia ſi hoc illud gigneret, certe quod eſt poſterius, & rem ſeipſo priorem, & ſui ipſius cauſam, quinimo & ſeipſum concrearet. Quoniam autẽ quantum ad eſſendi naturam attinet, quicquid ſub Deo eſt ipſius eſſe particeps & creditur, & eſt: ſequitur ut res nulla Deo ſubjecta, ipſum eſſe producere valeat. Quo fit, ut anima à Deo, non etiam ab Angelo procreetur. Sed forſitan adhuc quiſpiam ambiget, animam à Deo, inquiens, ceu opifice primo, primi etiamnum Platonici creari conſenſerunt: proindeque Angelum hujuſce inſtrumentum creationis eſſe concedunt. Etenim opinio hæc ideo abſurda cenſetur, quoniam inſtrumento natura hæc ineſt, ut ipſum ab alio motum, moveat aliud, ſubjectum aliquod afficiat, formaque principalis agentis per temporis intervallum in ſubjectum traducat: at creatio neque ſubjectum exigit, neque motu, neque temporum impendiis abſolvitur. Rurſus quum inter nihil & ipſum eſſe infinitam (tum quia in nihilo nulla

ad eſſe

ad eſſe ipſum proportio eſt, tum quia hac major diſtantia ulla aut excogitari nequit) diſtantiam eſſe conſpicuum ſit: quam ſane & proportione & fine carentem, una ea vis, quæ nullam ad alias vires proportionem obtineat, quæque ſine careat, tranſcendere poſſit: creationis profecto opus immenſam expoſcere virtutem conſtare putandum eſt. Quid autem abſurdius, quam ad id exequendum, vim (quæ in Deo immenſa eſt) in Angelo (cujus natura terminata ſit) prius terminari, exinde vero opus illud, quod ad immenſam ſpectat virtutem, peragi? Quare à ſummo ſine medio animula Deo & procreatum itura eſt, & procreatum itur. Hinc barbarum quendam Dinantem, Manichæoſque ridere licebit, qui Dei portiones quaſdam, animas noſtras vel Deum ipſum eſſe crediderint. Quandoquidem neque Deus poſſit, aut in multas diſcerpi animas, ſumma ac ſimpliciſſima unitate dividi nequeunte, aut plurium animarum materiam fieri, ne animabus vilior evadat, neve ſubjecti vicem primus actus gerat.

Deinceps vero non ab re fuerit, an ea ipſa mortis immunis ſit addubitare. Animam certe mortis neutiquam capacem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

cem eſſe teſtimonio ſit, quoniam ex ſe movetur: quod ex ſe movetur, ſemper movetur: quod autem ſemper movetur, immortale eſt: anima igitur mortis expers evadet. At apud eum animæ immortalitas, qui eam ex ſe moveri non refellerit, hac ratiocinatione conſtare poterit: cui quidem Platonicorum pariter atque Stoicorum aſſenſio accedit. E diverſo Ariſtotelis ſententia eſt, qui adeo non acquieſcit, ut animam non ſolum ex ſe haud moveri, ſed ne moveri quidem penitus aſſerere, & rationibus monſtrare conetur: contra quas Platonis ſectatores, incœptum quo tam validam præceptoris finitionem ſauciare tentaverat, ſubruentes ſeſe accinxerint. Etenim me tam mei immemorem, aut ita animatum, quo vel Ariſtoteli ex ingenio meo penitus reſiſtere, vel Platoni adeſſe putem, nemo quiſquam arbitretur: interim tamen noſtra, ſectæ utriuſque ad id communem rationem afferre, intereſt: Animam per intellectum totã, in naturam ſuam totam, quando quærit, invenit conſideratque ſeipſam, per voluntatem in eandem ſeſe affectando, ſeſe amando, remeare inclaret. Quin etiam & per intellectum in intelligendi

actum

actum, quum ſe intelligere deprehendit per voluntatem in voluntatis actum, volente ſe quicquam velle, revolvitur: quod autem ita in ſe per operationem convertitur, & per eſſentiam reflecti (quando non minus cujuſpiam ſubſtantia ab corporis eluvie operatioque immunis habeatur) quid prohibet? Quo vero cujuſvis rei converſio ſit, illinc & perfectio: igitur quæ in ſe vertitur anima, ex ſe eſt. Ex ſe, inquam, triplici præcipue ratione. Secundum formam primo, quia per aliam formam non formatur: alioquin non ad ſe, ſed ad illam recurreret. Secundum fundamentum deinde, quia non ſuſtinetur ab alio: non enim innititur alteri forma ea, quæ ſibimet innititur, quando ad ſe ipſam adnititur. Poſtremo ſecundum ſimplicitatem, quia ex partibus haud conſtat. Nā quo pacto ea partium ſuperficie forma explicatur, quæ in ſuum centrum penitus replicatur. quod autem ita per ſe eſt, ſemper eſſe quis hiſcat? quandoquidem quod eſſe deſinit: aut quia à formatrice cauſa derelictum, aut à fundamento deſertum, aut in partes diſſolutum ideo deſinit. Id vero quod in ſe ipſum revolvitur, refluitque: quia ſui for-

forma, à formatrice cauſa non relinquitur, quia in ſe ipſo manet: à fundamento nunquam deſeritur, quia individuum in partes haud quaquã diſſolvi poteſt.

An præterea una omnibus hominibus, an multiplex ſit, dubitationem non mediocrem habet. Multiplex profecto hominis rationalis anima in multis corporibus ſit, quod ex hominum opinionibus affectibuſque contradictoriis liquido compertum eſſe poteſt. Etenim tanto contradictoria invicem magis quã contraria adverſantur, quanto inter eſſe, atque non eſſe, quam inter eſſe tale atque tale, pugnantia major extat. Et ob eam rem, ſi in ſubjectum idem contraria congredi nequeant, longe minus contradictoria id poſſe exiſtimandum. Hinc uſu evenit, ut noſtrum quiſque in ſe ipſo plane experiatur, mentem ſuam haud unquam rem unam una affirmare prorſus, atque negare, velle penitus ac nolle. At in diverſis hominibus eidem rei ſimul aſſentiri, & diſſentiri, velle & nolle, gaudere ſimul & dolere, obvium atque inventu facillimum eſt, quare non eadem anima hic & ibi, quando & non mens eadem. Cæterum ſi una eſſet, quoties eandem rem duo intelligerent,

toties

toties abſurda ſequerentur. Eſto enim quod phantaſia tua aurum excogitet, mea quoque aurum:percontabimur,an unam in utriſque noſtrum ſpeciem, unamque auri intelligentiam capiat: an ſpecies geminaſq; intelligentias: an potius ſpeciem unam,intelligentias binas: an è diverſo ſeſe res habeat. Diviſionis pars prima ea ratione refellitur: quoniam mente eadem intelligendi apud te, nunc & apud me, aurum concipiente, deſineret quidem,ea una mens pariter apud me aurum conſiderare, quum primum id ipſum apud te deprehendere deſierit, cujus contrarium in confeſſo eſt. Accedit ad hæc,quod momento eodem, una illa mens, una ſpecie, unoque intelligendi actu, de auro uno, adeo ſecum ipſe diſſentit, uti apud me aurum, & ſpernendum dijudicet & aſpernetur: in te vero precioſum adjudicet & affectet. Tanta in judiciis & affectibus ab uno,quatenus unum eſt, principio prodire repugnantia nequit. Quamobrem cum neque intelligentiæ neque ſpeciei, longe minus ſimulacrorum diverſitate, utpote quæ in intelligentiis prius,priuſque in ſpeciebus quam in judiciis & affectibus differentiam pareret, evariatio conſi-

conſiſtet: ob id cum illæ deſierint, & has ipſas deeſſe, ecquis ibit inficias? Confugies ad hoc, ut à duobus illis ſimulacris, unam quidem in mente ſpeciem proficiſci, atque hanc eatenus geminas ad diſcrepantes terminos intelligentias directas parere annuas tibique confingas. At quis adeo mentis expers dixerit imaginum variantiam ſpeciebus, quam intelligentiis propiorem (quippe quæ illis citima ſit) intelligentias quidem differentes, ſpecies vero minime diverſas moliri? Nec defuere, qui à geminis auri ſimulacris, geminas quoque mentis ſpecies tribui aſſerere audeant. Quod ideo aures percellit, quoniam ſi ſimulacrorum convariatio tantam, quæ in ſpeciebus diverſitatem parere ſuppetat, vim obtinet, quando tamen hæc diverſis ſubſtantiis hæſerint, quanto magis è ſpecierum differentia, differentiarum intelligentias, quippe quæ eidem mentis eſſentiæ cohæreant, proficiſci concedi par eſt. Quin etiamnum ſciſcitantibus nobis reſponſuri ſunt, an alterutra ſpecies ſeorſum ab altera, intelligentiam gignere queat, nec ne? Si nequit mens rem quampiam, ni illius imagines in ipſa geminentur, cernere, minime com-

pos erit, quarum proculdubio altera ſuperflua cenſenda eſt. Si poteſt utraque, actum ſuum exercet, geminique à geminis ſpeciebus intelligendi actus concreabuntur, non igitur à geminis unus. Non etiam defunctos arbitror, qui à binis imaginibus binas auri intelligibiles formas, exindeque binas intelligentias fieri confiteantur. At nos percontabimur, an ſe ipſis ſpecies eæ abſcedant (quod fieri nequit, alioquin eas ſpecie diſcrepare fateantur, neceſſe eſſe) an per ſubjectum in quo ſunt? (Minime gentium, quandoquidem unicum eſſe contendant) an per aliquid peregrinum? haud quaquam: nihil enim aliud hoc eſſe poſſet, quam vel ad auri imagines, vel ad ipſam auri rationem, aſpectus. Profecto attinente ad auri rationem aſpectu, utpote quæ una ſit, non diſtabunt: minus multo ad auri ſimulacra reſpectu: ſiquidem eatenus forma intelligentiæ conferre, quatenus ſimulacrorum aſpectu abſolvitur, inter omnes convenit. Age imagines formæ illæ reſpiciant, aſpectuque diſſentiant, aut aſpectibus aſpectus adiiciendi ſunt, atque de poſterioribus æque ac de prioribus litigandum: aut certe in geminis, mentes

gemi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

geminare operæprecium eſt. Diutius fortaſſis quam decuerit cum iis de mente diſſeruimus, qui mente ſe privant, quando eam ab humana mente ſegregant, quæ nihilominus uſque adeo illi familiaris extitit, ut neque nos mentem ſine mente adſciſcere valeamus, neque illi mentem ſine mente reſpuere. Porro iis non Mauros ſolum, qui unam omniũ animam crediderint: verum etiamnum Averroicam mentem confutaſſe multiplicem in multis commonſtrantes arbitramur. Talis quanquam ex ſua (per quam una eſt) ſpecie non evadit. At ex Deo animarum corporumque conciliatore, non quia in corpore diviſa, non quia ex materia uti corpus conſtet, non quia ex corpore ortum traxerit, unde igitur? Niſi quia divina voluntate corporis comes fit: quandoquidem Deus ſimul initium (haud tamen principium) idem utriſque præbeat, ob id neque naturam eandem, neque exitum ſimilem. At initium, ut antea diximus, idem, & ob eam rem numerum eundem tradidit. quo fit, ut animæ affectus ad corporis naturam (quia initium comitatur corporis) augeantur. Verum cur novæ quotidie animæ à Deo creantur?

Num-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Numne conſtructo mundo cunctas ſimul animas, quemadmodum cunctos in mundi exordio procreavit Angelos creare quiviſſet? Id ita effectum, quia alioquin Deum agere dedecebat, cenſemus? Nam ſi diu à corporum vinclis (quippe quæ ingenue quanto precioſior ſit vita ſoluta, quam corporeæ indigeſtæque moli juncta judicaſſent) ſolutæ vixiſſent: corpora neutiquam (quatenus intellectuales ſunt) unquam ingredi voluiſſent. Neque enim Deus vel Angelus liberam animę voluntatem cogere volunt: neque ſecus quam perſuaſione mens movetur. Quum igitur non ſimul, ſed per ſucceſſiones atque viciſſitudines corpora in terris ejus nutu generētur, hinc Deus in dies animas parit. Quinimo id ipſum rationi etiamnum conſonat, ut ſicut ſphærarum animi, ſeu Angeli per temporum moras ante ſphæras proprias concreati haud extitere: ſic quoque nec animæ noſtræ ante propria vehicula. Quamobrem & ſi cum corpore non deſinant, cum corpore ſaltem incipiunt. Adde quod Deus perpetuo Angelos illuminat. quare ſicut ſuperiores formare mentes nunquam deſinit, ita infimas mentes creare haud ceſ-

ſat:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſat: perpetuam illic formationem molitur, hic aſſiduam creationem. Decet immenſam Dei potentiam: decet inquam ita ſeſe potentem, continue aliquid ex nihilo procreando, mentium oculis oſtendere, ut perpetuo hoc effectu infinitam ejus potentiam clarius lucidiuſque agnoſcant, eam in cœlis venerentur; in terris, ut ita loquar, creantem admirentur.

Denique quum animæ multæ ſint, corporibuſque incipiant, ſcrupulus reſtat, quonam pacto Deo ad concumbentium libidinem, momentis ſingulis, ſingulas animas procreare conveniat. Minime malum concubitus (utpote qui ad bonum ſuopte ingenio inſtitutus ſit) ſed moderationis in concumbentium animis defectus, malum cenſetur: ex quo generationem proficiſci, ecquis excors crederet? At ex corporis concubitu omnium conſenſu generationem fieri dilucide conſtat: cui generationi ſublimis Deus non ad coeuntium libidinem, ſed præſcriptam providentiæ legem, quæ & numerum & tempora concumbentium ab rerum initio videt, in ævo animas diſtribuit. Qua inſuper cœli parte (quippe quæ à Deo cœlicolæ ſint) animulæ eæ pro-

cæ procreantur? Furor profectò, furor eſt, in iis quæ cum indiviſibilia, atque materiæ prorſus immunia ſint (qualis rationalis anima cenſenda eſt) nullo ſitu clauduntur, ſitum quærere. Nam ſicut ubicunque Sol fulget, ibi & radii mittuntur: ſic ubicunque Deus adeſt, animus mittitur, atque recreatur. At quanam cœli parte in corpus deſcendit? Porro quum Deus extra locum, loco omni adſit, atque inſuper anima minime loco claudatur, momentoque creetur, & adſit, neque eam proprie deſcendere dicendum eſt, neque qua parte deſcendat percontandum. Sed nobis tantiſper una cum priſcis confabulari liceat. Igitur ſi Platonicis credimus, Cancro præcipue deſcendere, viciſſimque per Capricornum Cancro oppoſitum aſcendere arbitrandum. Atque ob id illam hominum, hanc Deorum ædem appellitant. Nam ter quaternis univerſo elementis diducto, tertioque eorundem quaternario ordine præpoſtero (terram ultimam conſtituente) ad nos converſo, atque cæteris in medium redactis, in terram, tam ima quam ſumma poſtremitate deſinente, Martia ſphæra ignis, aer Jovis, Saturni aqua, cœlum

vero (quod & aplanes vocitetur) terra habeatur operæprecium eſt: in qua Eliſios puris animis deputatos fore campos, antiquitas poſteris intelligendum reliquit. Hinc Pythagoras primum naſcentibus lactis alitum offerri ratus eſt, quod primus eis motus à lacteo orbe in hujuſce vitæ inferna delabentibus inchoet. Hic Zodiacum Cancro Capricornoq; tropicis ſignis interſectus ambiendo complectitur. Quod ſane Cancer lacteuſque ſeſe contingunt, anima deſcendens tereti (quæ ſola divina eſt) in conum defluendo, forma, producitur haud ſecus quā à puncto linea ſuboritur: ex puncto enim ſuo, quod eſt monas, in dyadem, quæ prima ſit detractio, pertendit. Ob id nimirum eſſentiam hanc & individuā & dividuam Timæus non injuria expreſſit. Quoniam ſi divinæ ejus naturæ ſimplicitas cogitetur, diviſionis cujuſvis ignara reperietur: ſin per corporis membra diffuſa, diviſionis obnoxia deprehenditur. Nec equidem de nihilo, aut de vana adulatione veniebat (ut mea fert opinio) quod priſci deſcenſuræ animæ, ac trepidanti, novam ebrietatem, ebrietatiſque comitem oblivionem, in regione

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quæ inter Cancrum & Leonem extat (ſydereo illo Liberi patris cratere illic locato, in fluente ſylva, indicante) obrepere fabuloſe confinxerint: quando Theologi quoque animam, quum ad corpus prima ſui perductione trahitur, ingruentem ſibi hylem novumque materialis alluvionis potum (non quidem puriſſima parte, quæ nectar Deorumve potus eſſe fertur, ſed turbidiore, quam animarum potum lethæumqne fluvium veteres vocitavere delibutam) illic primum periclitari, divinarumque rerum, quarum quum in cœlo erat conſcia, illic primum obliviſci, proculdubio ſuſpicati ſint. Atque ideo quum à ſimplici individuoque naturæ fonte, per ædem hanc ad terrenum corpus, caducam regionẽ, mortalitatiſque ſedem (quæ vita vulgo exiſtimatur) detruditur, eam mori, quod non extingui, ſed ad tempus obrui intelligi volunt. Quum vero anima morte ſurſum accerſita abſolvitur, atque ad veras naturæ divitias, ad propriamque libertatem per Capricornum revertitur, vitæ non niſi à ſapientibus deprehenſæ, cæteris eam mortem falſo opinantibus, fauſte reſtitui. Ex quo jure evenit, ut hanc Deorum, hominum æ-

dem illam, cognominent. Eaſdem Solis etiamnum portas Phyſici eatenus nuncuparunt, quatenus in utraque ſolſtitio occurſante, Solis ulterior acceſſio inhibetur, per quos profecto de cœlo in terras meare, & de terris rurſum in cœlum remeare (ut retulimus) animulæ facile creduntur. Attamen falluntur, qui hic ſecundum ſitum, aſcenſum, deſcenſumve intelligunt: at quoniam Luna Cancri domina generationi proxima eſt: Saturnus contra, Capricorni dominus remotiſſimus: hinc per Cancrum, id eſt, lunarum vegetalem ſenſualemque inſtinctum, animas deſcendere opinantur: per Capricornum vero, hoc eſt, per Saturnum, intellectualemque inſtitutum aſcendere ajunt. Etenim Saturnum priſci mentem, qua ſola ſuperiora petuntur, nuncuparunt. Accedit ad hæc, quod Capricorno Saturnoque arida vis eſt, qua dum ſpiritus ad intima contrahunt, atque colligunt, ad contemplandum aſſidue provocant, ac illiciunt. Contra Lunaris humor ſpargit atque dilatat, & animulas circa ſenſilia diſtrahit. Iis itaque rationibus per Capricornum animas aſcendere, per Cancrum deſcendere non immerito autumant,

Inſu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Inſuper quum corpori infundatur, qua illius parte ingreditur? Dei juſſu hæc ipſa in medium cordis punctum (quod eſt corporis centrum) ſano intellectu primum infunditur. Exinde per univerſa corporis membra, calore, ſpiritacea ſubſtantia, ſuccis ſeſe diffundit. Quod ſi ægrotatione media hæc ſolvantur, extemplo ſe, ut ita dixerim, colligit, atque unde primum effluxerat, in cor refluit. Cordis calore, quod proprium illius vehiculum cenſetur, obliterato, cor ipſum tandem deſerit: non ſecus quam oculo Solis lumen, quod illi influxerat, integrum effluit, quod non etiam evaneſcit, aboleturque: ſed ſuum perpetuo Solem ſequitur.

Quo autem pacto animo ſempiterno conveniens ſit, ut modo deſcendat in corpus, modo ab illo abſcedat, aſcendatq;: & quorſum ludus hic in tribuenda corpori vita, & auferenda? Vitam corpori impartit, eique includitur, ut ſingula incognoſcat, ut ſingulares formæ cum univerſalibus concilientur, ut cum radius divinus, tum etiam ejus formulæ in Deum reflectantur, ut anima ſit beatior, ut inferiores animæ vires ad effectum progrediantur, ut mundus or-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

netur, ut ſublimis Deus colatur. Eidem vitam aufert, ne diutius à melioribus, propter viliorum operum miniſteria, muneribus vacet. Atqui ut ſtellæ ad ſibi à Deo injunctam officii functionem explendam, oculis noſtris modo oriuntur, modo occidunt: ſpiritus quoque non parum multi, novis aſſidue corporibus fabricatis, oculis noſtris modo ſeſe obiiciunt, modo ſeſe ſubtrahunt. ſic hominum animæ, alias in corporibus apparent, alias deliteſcunt, in cœloſque cœleſtes evolant.

Sed cur ſi cœleſtes ſunt à terris pariter atque corporibus tam invitæ diſcedunt? Primum non omnes invitæ, ſed plurimæ ſponte ac libentiſſime decedunt: ob id apud Getas Thraciæ populos puerperia lugebantur, natique deflebantur: funera ex adverſo, veluti ſacra, luſu cantuque celebrabantur: noſcentes & ipſos eam vitæ conditionem eſſe, ut mori plerunque etiam optimi portus ſit. Subticeo Philoſophos religioſos, milites, & alios complures: ſubticeo Chriſtianorum primitias: ſubticeo quod non univerſi morientes lugent: lugent autem naſcentes omnes & quaſi inviti à lachrymis terrenũ hoc iter tanquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quam exilium infeliciter auſpicantur. Demum in iis qui mortem formidant, horrentque, non tota, ut ita dicam, anima expaveſcit: ſiquidem pars ea, quæ abſcedendo in melius pergit, non modo ſemel, haud forte invita in vita decedit, verum & quotidie ſponte diſcedit: unde Philoſophis neutiquam terribilis mors, quinimo familiaris, atque illis domeſtica eſt, neque qualis poſt obitum puri animi habitus futurus ſit, eos latet, quãdo talẽ ferme quotidie in ſummo contemplationis faſtigio experiantur. Quid enim aliud per Philoſophiam agunt, niſi quod animam ab corporis affectu rationemque à ſenſibus ingenue ſevocant. Quod totum, ut Platoni placuit, mortis meditatio eſt: quandoquidem mors animæ à corpore liberatio ſit, hinc præmiis futuræ conditionis perfecte ad integrumque auſpicatis, adeo ab interitus metu eorum cogitatio abeſt, ut ad moriendi deſiderium promiſſæ beatitudinis, cœleſtiſque habitaculi majeſtate ultro ardentiſſime animentur. At ea animæ pars quæ corpori duntaxat alendo atque tuendo tributa eſt, invita abit. Quoniam abeundo naturali quodam officio vacat, atque amicum ſuum deſerit.

ſerit. Adde quod plurimi cruciatum, qui in diſceſſu ſentitur magis, quam diſceſſum metunt. Nonnulli ſuis operibus viſionem non meruiſſe divinam putant, ac propterea pœnam & mœſtitiam vaticinantur & timent. Plerique hujuſce vitæ blandimenta, quibus protinus ab initio (cupiditatum dulces inſidias ſub rationis jugo minime domantes) irretiuntur, ægre relinquunt, ac ideo in diſceſſu dolent. Ex quo factum itur, ut animas, quas in ſe pronas corporis uſus corporeæque peſtes effecerint, atque in pecudes quodammodo ex hominibus reformaverint, pariter & corporis abſolutionem perhorreſcere, & quum neceſſe fuerit, non niſi indignatas cum gemitu pelli ſub umbras credi par ſit.

Cur non redeunt animæ? Redeunt ſane quam plurimæ, ſi priſcis fidem adhibere cogamur. Argumento ſunt, Gabinus, qui quum cervice Sexti Pompeii juſſu inciſa, vixque cohærente tota die in littore exanimis jacuerit, occiduo jã profligato tempore, atque in ſupremam tempeſtatem declinante, Pompejum, ex cariſue aliquem ad ſe ab inferis remiſſum, nonnullaque renunciare juſſum accedere, gemitu precibuſque exaggerata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

rata multitudine petiit. Ex amicis pleri-
que venere, multa is nunciavit, veritatis
indicium reliquit, quod peractis man-
datis protinus expiraturus eſſet, idque
ita ut retulit, evenit. Corfidius natu
major ſecluſa, quæ inter mortuos aut
viderat, aut audiverat, applosis manibus
concinuit, ſeque à fratre jampridem ex-
tincto, quo in loco aurum nullo con-
ſcio defodiſſet demonſtratum veniſſe, &
alia pleraque retulit. Mox expiravit, au-
rum ubi dixerat repertum eſt. Unus è
viginti viris agros dividentibus Capuæ
feretro elatus, pedibus domum incolu-
mis remeavit. Simile quid Aquini obti-
giſſe proditur. Romæ quoque Corfidius
materteræ conſors funere locatus revi-
xit. Aviola Conſularis in rogo vitæ re-
ſtitutus fuit, flammaque prævalente re-
divivus crematus. Identidem Lucio La-
miæ prætorio viro accidiſſe fertur. Nam
& Celium Tuberonem prætura perfun-
ctum à rogo relatum fuiſſe fama eſt.
Proinde iis atque innumeris aliis exem-
plis animas remeare antiquitas (forte
falſi conſcia) ſibi perſuaſerit. Adeo e-
nim ad hęc attonita vetuſtas fuit, ut in-
credibilia etiamnum dictu affirmaret.
Platonici ſub aliis quidem figuris eas

 redire

redire putant. Sed revera quid opus eſt veteranum & emeritum militem ad pugnam redire? neque ſecundum naturam reditus eſt, quoniam omnes redirent, quod ſi contra naturam, ſtultum eſt reditum quærere.

Nunquid in corpora noſtra quicquã animæ defunctorum agant? Nihil profecto rationem phantaſiamque noſtram cogitationibus, viſionibus, ſignis quotidie eas commovere inhibet: nos autem plerunque unde veniant ignorare, non unquam idipſum incognoſcere ſolemus. Indicio eſt Arabs Avenzoar, qui à Medico nuper defuncto, per ſomnum, optimum oculo ſuo ægrotanti præſidium accepiſſe exaravit. Plato eorum animas, qui occiſi ſunt, interfectores hoſtiliter inſequi prodidit. Hinc forte contingit, ut occiſi hominis vulnus, jacente etiamnum cadavere, in eum qui vulneraverat, ſi modo ille cominus vulnus ipſum inſpexerit, ſanguinem rurſus ejiciat, quod quidem Judices uſque in hodiernum diem obſervavere. Idque exemplo duorum familiarium firmatur, qui cum Megeram adventaſſent, alterque ad cauponem, ad hoſpitem alter divertiſſet, huic in ſomnis ille (quippe

cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

cui interitus à caupone pararetur) ut ſubveniret, eum orare viſus eſt. Qui primo nempe ſomno perterritus, ſurrexit: dein quum ſe collegiſſet, idque viſum hectæ faciendũ duxiſſet, recubuit. Tum dormienti illi idem rogare viſus eſt, ut quoniam ſibi vivo non ſubveniſſet, ſuam ſaltem mortem haud inultam pateretur. Seque à caupone interfectum, in plauſtrum conjectum, atque deſuper ſtercus injectum denunciavit, utque mane ad portam adeſſet, priuſquam plauſtrum ex oppido exiret, petiit. Hic eo ſomno commonitus, mane bubulco ad portam præſto affuit, ac ex eo quid in plauſtro eſſet, quæſivit. Ille perterritus fugam arripuit, mortuus erutus eſt, caupo re patefacta, pœnas dedit.

Ob hæc nimirum geminas ſomniis portas, ex ebore falſis, è cornu veris deputatas eſſe vetuſtas adſtruxit. Nam ubi quiete ſomnove ab corporis functionibus paululum libere introſpicientis animæ aciem interjectum, nexuque colligantis naturæ obductum velamen ad verum uſque vel ſeipſa, vel alia quavis anima duce, quadantenus admiſerit, de cornu exiſtimandum eſt: quippe cui ſors ea ſit, ut tenuatum viſui quaque verſum per-

pervium ſeſe objectet. At ubi identidem obtutum quam mox repulerit, eburneũ cenſetur: quando & huic ita corpus natura denſatum ſit, uti quantumlibet attenuatum nullo viſu ad ulteriora tendente penetretur. Neque ab re eſt, quod Simonides, quum ignotum quendam humaviſſet, haberetque in animo navem conſcendere, ne id faceret ab eo, quem humi dederat, moneri viſus eſt, alioquin naufragio periturum: rediit Simonides, cæteri naufragio interempti fuere. Magnus hic diverſiſque refertus documentis locus obiter invitaret, utrũ ne aliqua quieſcentis animi præſcita ſint, quaque ratione fiant, an fortuita (ut perquam multa) res ſit? Et hercule ſi exemplis agatur, illic & paria fient. At quanquam id unum à vino & à cibis proxima, atque in dormitione irrita eſſe viſa prope convenire palam ſit, cæterorum fortaſſis contrariam eſſe rationem, non eam inficias. Quandoquidem & per ſomni quietem & aliam quamvis à corpore alienationem ſenſibus ſopitis, phantaſmatumque nubibus expulſis, animum aut ſuapte natura ſuique ſpeculatione (quod Platonici facile dabunt) aut Dæmonum præſignatione,

aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

aut ſuperiorum corporum impreſſione, aut divinæ virtutis Angelorum miniſterio illuminatione (quod recentiores Theologi indubie aſſeverabunt) pleraque, futura quaſi tunc illa in ſupernis numinibus præſcripta oculata fide intueantur, vaticinari vel ex iis apertiſſime inclaret. Tum quia Socrates à falſis in judicium accuſatoribus tractus, futuram judicibus primo pœnitentiam prædixerit, accuſatoribus ruinam, civitati ſeditionem. Exindeque ſuæ internecionis diem à numine per quietem monſtratum præſignaverit. Tum etiam quia Theramenes in carcerem conjectus, venenumque abſorbens, Critiæ ſibi adverſario citimam mortem vaticinatus fuerit, quæ ut renunciaverat, evenit. Quidam etiamnum Rodius noviſſimam vitam agens, ſex æquales nominitavit, atque qui eorum primus, qui ſecundus, & qui deinceps vitam obiturus eſſet, prænunciavit. Item Eudemio Cyprio gravi admodum morbo laboranti in quiete, egregium facie juvenem viſum auſpicantemq; eum brevi revaliturum, paucisq; diebus tyrannum Pheræ Theſſaliæ oppidi Alexandrum aboliturum, atque Eudemium ipſum quinquennio
poſt
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

poſt domum rediturum, paulo poſt convaluiſſe illum, Tyrannum interemptum fuiſſe, Eudemium peracto quinquennio mortem obiiſſe, proindeque ejus animam in patriam remeaſſe Ariſtoteles prodidit. Sed & Calanus Indus jamjam ſpiritum emiſſurus ocyſſimam Alexandro regi necem auguratus eſt. Pherecides quoque Syrus Epheſis diem obediens ſuam, contra Magneſeos victoriam vaticinatus eſt. Mille denique id genus vaticiniorum ſunt, quæ iis quidni miraculo eſſe poſſunt, quibus intellectum (utpote corpori repugnantem) ultro corporalia, ſponteque ſua diſpicere abditum eſt. Etenim intellectus tunc ſincere diſcernit claretque maxime, undeque ſibi futurorum agnitionem aſciverit, neque difficile, neque impoſſibile arbitrandum. Quam vero mens ipſa corpori adverſetur, Xenocratis, Origeniſque teſtimonio, qui ſibi quo libidinis incendia penitus extinguerent, virilia exuſſerint, cuique palam fiet. Necnon & priſcorum ſacerdotum Magnæ matri Saturnove conſecratorum, horum illi ſeſe caſtrabant, ii ſe excarnificabant. Cæterum nonne & Chriſtianorum primitiæ, adeo iis impendio majora horribilia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

biliaque factitarunt, uti mundum nihil miratum aliud magis conſtet? Mitto in præſentia tanquam aliunde petendum explorandumque, quod egredientes animas, genii dæmoneſque (quos ſibi protinus ab electionis uſu, mores eligendo, interim vitæ duces elegerint) ad communem omnium judicem cunctas ducunt. Sententia lata priores abeunt dæmones. Malaſque malus violentuſq; dæmon trahit: bonas autem omnipotens & immenſus Jupiter læte atq; tranquille perducit: eæ apud cælicolas cælites perrenni gaudio tenentur, illæ apud inferos, utpote quæ Lethæum fluvium, Phlegethontem, Acherontem, Cocytum, Stygem, Vulturem immortale jecur tondentem, Tantalum, Ixionem, Siſyphum, Phlegyam (quæ omnia illic fabuloſa perſuaſio eſſe credidit) in ſemetipſis olim periclitatæ ſint, irrevocabili quadam lege torquentur crucianturque. Nec cum Platonicis hoc loco, eas aut proprium oberrare cadaver, aut novi corporis non humani tantummodo, ſed & ferini quoque, electo, moribus quos in animali libenter exercuerint congruo genere, habitaculum ambire: omniaque tandiu perpeti malle, quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quandiu cælum (quod vel ignorando, vel diſſimulando deſeruerint) ingenuæ evadant, arbitrandum eſt. Quanquam & hæc ipſa myſtico quodam ſenſu ſanctæ fidei dogmata efflictim adoleant. Deinceps vero de motus tempore infantis diſſerendum eſt.

Mari quidem fœmellæque promiſcuum hoc atque indiſcretum eſt: ut ſi afformationis tempori, ejus duplum adjiciatur, ex eis exurgente tempore, motus compotes evadent. verbi gratia: Triginta dierum ſpacio afformatus (ut de uno quod exemplo ſuffecerit ediſſeramus) iis ſexaginta adjectis, nonaginta (tres conſtituentes menſes) ſoles conſurgent, hoc ipſo movebitur tempore: & ſic variis pro afformationis varietate temporum impendiis motus compos fiet. Partuum motionum tempora, vel imperitis, facili atque indubitato modo ita monſtrata ſint. Verum quia intelligentibus plerunque, quibuſdam comprehendendis rebus (quippe quas ratio non ſatis attingat) non minus priſcorū autótitates, quam eorundem debilis vanaque ratiocinatio, conferunt. Maximum hinc enarrationis noſtræ patrocinium ordiemur, quod Hippocrates

quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quoque, quum libro de pueri natura, puerulum dierum triginta tractu, fœmellam quadraginta & duobus confingi & pronunciaverit & ſanxerit: huic quidem quartum ſui motus menſem, illi vero tertium præſignavit. Unde ter triginta replicata tertium afflare menſem: ter autem duo & quadraginta, quartum paulove plus, neminem (modo ne excors) præterit: quæ ſingula noſtræ illi computationi (imo vero peritiorum) magnopere quadrant. Nam etſi fabricationis temporis triplicitati puerperii motionem attribuimus, non tamen in ipſis (quod dixi) temporum articulis: at aſſidue paucis poſt diebus (quibus ſerius) interdum ante (quibus præcox) id ipſum evenire contenderim. Quod apud Hippocratem ita eſſe haud dubie in confeſſo eſt. Attamen nihil in iis certi affirmare, nec meam ego in pleriſque eorum fidem obſtringere auſim. Quin potius ad autores (qui de dubiis rogentur omnibus, modo ne tanto majore eorum diligentia, vel cura vetuſtiore, eos ſequi faſtidio ſit) relegabo: quandoquidem & mares circa quadrageſimum ſolem, fœminas circiter nonageſimum moveri, complures diligentiſſime ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

me exploratum habuere. Nemo etiamnum id parvum ac modicum exiſtimaverit, autorum alioquin eruditiſſimum Macrobium Hippocratẽ ſeptimo menſe naſcituris, ſeptuaginta dierum ſpacio motum fieri annuentem citaſſe. Halyabas autor graviſſimus partum & ſexageſimo & ſeptuageſimo octuageſimoque ſole, duplato duntaxat fabricationis tempore, ſeſe vibraſſe teſtimonio eſt. Verum autem (ut ingenue fateamur) cujuſque motionis tempus, opus ingens occultumque divinitatis non extimo, ut pleraq; pubetenus tactu viſuve, ſed fœmineo internoque prænoſci poteſt: proindeque quaſdam adhuc ſummas tractavimus, plura mox & diſtinctius. Nunc enim quadam autorum omnium mixtura monita exhibentur, quoniam hujuſce rei interpretationem mens egreſſa, legentium animos per omnes receſſus, omniaque latibula veluti manuducere feſtinat. An eodem quo diximus tempore duntaxat perſentiſcat. Antea ſane quam movere (quanquam triſtius atque ſenſu hebeti admodum obtuſoque) infantẽ præſenſiſſe (credibile nempe) proditum eſt: ob id quod actio hæc incertioris partiũ dearticulationis, certioris

ctioris illa indiga ſit: hæc invalidius robur, validius illa exigit. Infans per umbilici annexum (ut antea retulimus) & alitur & augetur. Etenim umbilicum, quem in putamine contentæ venę complent, quaſi radicem in utero obtinet hoc ipſo ſanguineum, utpote de quo vitam aptiſſime mutuetur, alimentum haurit. Nam umbilicales venæ undique laterum tenduntur, fiſſæque per minutiſſimas fibras uſquequaq; per uterum ſparguntur, ac paſſim diſſeminantur, & qua eæ deſinunt acetabula inchoantur, in quæ, veluti in mammas, ſanguinea alimonia à natura puerperio reponitur, quæ dum colligitur, ſenſimque ex multis conſiſtit, acetabula quaſi corporis puſtulæ turgent. Quare quandiu infans minor perſtiterit, nec uberiorem admodum alimentarii ſanguinis copiam ſudere quiverit, conſpicua majoraque viſuntur: at eo aucto conſidunt atq; exoleſcunt. Ad exitum proficiſcente longe minora (adeo ut obtutus aciem plane effugerint) ſubinde redduntur. Quo tandem perfecto poſtremo, antiquitate, cui nihil ſcire negatum, omniaque figmentis velare licuit, commento Saturni laneo vinculo per annum alligati, ad diem-

diemque ſibi feſtum ſoluti præmonente obliterantur abolenturque. Cæterum per id tempus nono peracto menſe, partuque magnopere aucto, & fabrica propemodum concepti corporis abſoluta, ad alendum & increſcendum, eidẽ permanans ab utero cibus minime ſuppetit. Accedit ad hæc quod quum ſui impatiens effluendo ſit, alieni appetens hauriendo efficiatur oportet. Quare de cruento alimento, quod dulciſſimum ſit, trahit, pariter atque de lacte puſillum exhaurit, donec in lucem edatur.

Conceptionis indicia, necnon Maris fœmineique partus.

CAPUT IV.

Inchoati hominis indices & notæ (quanquam fallaciſſimæ, & quibus minus credendum ſit, quandoquidem complures ac prope dixerim omnes, omnem citra graviditatem, menſtruis recrementis ſuppreſſis, evenire queant) exponendæ ſunt. Etenim hæc multiformi contemplantium ingenia ambage torſerunt, quando fieri

poſſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

poſſit (immo quotidie confiat) ut menſtruæ purgationes, ob venarum eaſdem ad uterum perferentium concretionem interſeptionemque, & item ob cruoris craſſamentum frigiditatemve, incertiores admodum ſecernantur, aut earum vacuatio prorſus intercipiatur: Quibus alio decumbentibus, eadem ferme quæ & mulieribus uterum gerentibus accidere, ecquis ni mente admodum captus diffiteatur? Attamen quæ nobis genitalia ſemina concepta fore (tametſi haud perpetua fide) indicia ſuadere valent, brevibus à capite orſi perſtringemus. Igitur ſi noſſe libuerit an horda ſit, diligenti adhibito examine, cuncta hæc ſcrutabere. Si à conceptu decimo ſole aut ſerius, prout magis minuſve ex ſupervacua materia tentatur, capitis dolores inquieſque infeſtent. Si exinde caliginoſa vertigine & tenebris oculorum acies hebetetur. Si pupillæ minuuntur. Si candicans particula amplior fiat. Si flaveſcat, atque ſi ejuſdem venulæ cruore turgeant. Si concaventur ocelli. Si palpebræ molliantur, & ob hæc ejus aſpectus gravior atque ingratus magis reddatur. Si inunctis medicamine oculis (prærogativa ſane fœcunditatis) ſaliva

liva inficiatur. Si pannns (ut vocant recentiores) rufæque lenticulæ earum faciem deforment. Si inter oculorum angulos, & nares venæ ſitæ conſpicuæ magis comparent. Si ſub lingua vena vireſcat. Si cervix calidior, tergus algidius. Si colli venæ arteriæque extendantur & turgeant magis, ac evidentius percuſſu ipſo attollantur. Si pectoris venæ nigricent ac tandem virides glaucæque reddantur. Si mammæ obdureſcant, extuberent, perdoleant. Si papillarum color in ruborem demutetur. Si merum aut quæ libuerit algida res epota in mammas recto tramite(algore ſuo illa comitante) interea permeare videatur dum ſorbetur. Denique ſi in eduliis faſtidium. Atque ſi malacia prehendat, ea fit ubi quicquam guſtare improbe appetant, aut enormium appetitus varii aſſurgant, citoque commutetur: quod picare quidam à pica ave denominant. Si eſcæ cupido claudatur. Si ventriculi redundantia & ſuccorum pariter atque cibariorum vomitiones acciderint. Si acide ructet. Si temeto infeſtetur: quippe quæ quum biberit langueat atque flacceſcat. Si cordis pulſus perturbet. Si ocyſſime lætetur ocyſſimeque triſtetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tur. Si alvum ac potiſſimum umbilicum tormina fatigent. Si renum coxendicumque gravitas vexet, Si ilia pleniora compareant: quod equidem iis quæ graciliores ſunt evidentius accidit. Si inguina perſentiſcat, ea conceptus argumentum eſſe poſſe quẽ latet? Si concumbentes mas & fœmina una genituras emiſerint: quæ ſi in ſeptimum diem intus permanſerint, conceptum jam eſſe certum eſt. Si peracta re exterarum partium algor ſupervenerit. Si vir colem uterum ſuxiſſe ſenſerit. Si à coitu mox locus reſicceſcat, mulieribuſque naturæ labia tenuiora efficiantur. Si coitum abhorruerit, aut ſi ardentius concupierit. Si uteri os ad obtutum arctiſſime conniverit: Hippocrate tradente, *Quæ uterum gerunt iis vulva ſe comprimit.* Enimvero mulieris utero gravis vel præcipuũ indicium eſt, quoties obſtetrix perſpicaci intelligentia ſalutarem digitum ſubmittens, vulvæ os pertingens concretum, obſeptum ac denique ſigillatum noverit. At quum hac oris arctatione & uteri moles quæpiam præter naturam indicari poſſit, ejus rei diſcretionem ſcabricie internoſcas. Nam per graviditatem, tenerum & molle extat,

& mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

& modum naturæ modicum obſervat. Quibus vero inflammatio duritudiue ſua id infeſtaverit, duriuſculum perſentitur. Quod Hippocrates *a* hac perpenſione prodidit, *Quibus uteri os durum eſt, iis compreſſum id eſſe neceſſe eſt.* Si vulva univerſum † alveum, donec ad ſeptimum menſem ventum ſit, contraxerit. Si inglomerata ſeſe extulerit. Si poſt initum alvi tergoriſque pulſatilis dolor prehenderit. Si menſes per aſſuetos circuitus ſubſtiterint. Quoniam ex venis, quæ intus in uteri alveo ſunt, ſecundæ in volucrum dependeat, & ob eam rem nihil prorſus per eas in muliebrē ſinum excerni queat. Unde ſecundum naturam haud quaquam inferius aguntur, at in ubera tranſeunt, concoctioneque lateſcunt: Cujus nota exiguo quodam & araneæ propemodum ſpecie in mammis viſitur. Quod ſi muliebrium quicquam eliciatur, tantillum quidem fuerit, ac ex cervicis venulis prorumpet. Si igitur eſculenta faſtidiat mulier muliebribus ſuppreſſis denegatiſque, hominem inchoaſſe arbitratū iri fas eſt. Quod Hippocrates ita ſanxit: *b mulieri menſtrua* purga-

a *Hipp. lib.5. Apho.5.1.* † *cavitatem internam.* b *Hipp.lib.5. Apho.6.1.*

purgationes non prodeunt, nec horror aut febris ſupervenit, & faſtidia accidunt, gravidam eſſe arbitrare. Si etiamnum dolores, tumores, extuberationeſque carnis in cruribus inciderint. Si corpus univerſum gravetur, molleſcat, effœminetur, palleſcatque. Si pulſus protinus ab initio fortis & magnus, procedente tempore parvus & velox perſtet. Quin etiam ex humidis recrementis graviditatis indicia exploratum itura ſunt. Ut ſi eorum meatulus arctior fiat, unde difficilius emittantur. Si urina ſubalbida, clara, nubiloſo rore ſupernatante, ac ſtellati lapidis colorem præ ſe ferente, atomiſque in ea ipſa aſcendentibus deſcendentibuſque, fuerit. Etenim initium conceptionis id præmonſtrat. Si à conceptu primo menſe, ima ſui parte candicantia corpuſcula, ad farinæ craſſioris ſpeciem ſubſideant, quæ commota carminati xyli cotonive effigiem referant. Si accedente adhuc tempore flava, dein rubra puniceave, poſtremo atra (nubecula parte ſuperna rubore ſuffuſa) evadat. Si quocunque tempore ſubſidentia tenuis diſiecta carminato goſſypio perquam ſimilis in ea ipſa congeritur. Sed & hominem inchoatum eſſe

experimento quoque, mulſo poto, apertiſſime perpenditur, Hippocrate exarante: Si noſſe libuerit, an mulier gravida ſit, mulſum ei bibendum dabis, quum itura cubitum eſt: poſt deinde ſi venter torquetur, gravida eſt: ſin minus, non eſt. Porro flatuoſo ſpiritu intus in inteſtinorũ anfractibus incluſo luctante nullo exitu, mordicanteque, alvum torqueri quis † hiſcat? Igitur non ab re fuerit, ſi mulieri crudum mulſum, quum itura cubitum eſt, ſorptui dederis: quandoquidem eo ilia prægrandi proculdubio mole faſtigientur: hinc utero gravẽ ob anguſtiam, quam geniturıs infra afformandi hominis monetam locatis uterus convehit, permorderi cenſendum. Et item quo melius id aſſequamur, ut tantiſper interquieſcat mulier moliendum, pariter atque eduliis expleatur (quippe quæ ita magis torqueri aſſoleant) præcipiendum eſt. Cæterum aromatum ſuffitus, quem nonnulli hac in re in ſui patrociniũ afferre contendunt, tantum abeſt ab conceptus indiciis, uti ab eiſdem nihil alienũ magis eſſe queat. Non enim graviditatem at ſterilitatem commonſtrare Hippocrates edocuit: Si mulier non concipit & ſcire placet an

† *neget*.

conci-

concipere poſſit, veſte obvolutam ſuf-
fies infra. Nam ſi odor tranſmitti per os
ad nares videatur, non eſſe ſua culpa
ſterilem cognoſces. Etenim ſi halitum
odoriſque ſpiramentum incenſarũ ma-
terierum (quæ impendio fragrantiores
odoratioreſque ſint) ad os & nares
tranſmiſſum mulier plane perſentiſcat,
neutiquam ſterilis cenſenda eſt. Verum
& mulierem fortaſſis non concepiſſe a-
gnoſcas hoc ipſo ſuffitu licebit, non ta-
men ſuperius proditæ perpenſioni apte
congruit. Quandoquidem ſolis iis ſub-
euntes ſuffitionis odores minime affe-
rantur, quibus uteri oſtium interſeptum
occœcatumque exiſtit. Quale ſobolis
creationi nequaquam accommodatum
cenſetur. Nec abſimile de allio, ariſto-
lochiæque ſcobe ſuppoſita judicium fe-
rendum eſt. Lotium alii triduo vitreo
vaſculo apprime obſepto in umbra aſ-
ſervari volunt. Exinde perpurgato lin-
teo ſubcolari. Quod ſi minutiſſima ani-
malia pediculis ſimilia in eo offenderis,
conceptum plane præmonſtrant: quæ ſi
rufa extiterint, marem: candicantia,
fœminam indicant. Simili modo & a-
cum æreo malluvio matulave urinę col-
lectæ per noctem infundunt, quæ ſimul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

atque pernoctaverit, ſi minutiſſimas notulas (orbiculorum inſtar) puniceas contraxerit, mulier gravida eſt: ſin ærugo inceſſerit, minime. Verum iis ego ſæpius experimentis egregia hercle fruſtratione uſus (vel quia indiligenter exercuerim, vel forte quia res ita ſeſe habet) irrita fallacioſaque comperi. Quę & alia pleraque quanquam in univerſum omnibus horis hominis vita crediderit (nec credere ſenſerit) viritim tamen ſapientiſſimi; cuiuſque fides plane reſpuit. Rurſum cardui ſuccus epotus ſi rejiciatur, inchoati hominis index eſt: ſin minus, non eſt.

Atqui quod intus geratur non ſolum præſcire oportet, ſed an mas, an fœmina fuerit partus, exquiſite explorandum eſt. Quamobrem neminem lateat, marem ferenti dextri oculi celeritudinem, vividumque colorem ineſſe. Cui etiamnum mamma dextra impendio major, obdurior, ejuſque papilla ocyus quam lævæ à colore evariat. Eidem lac præcox, quod ab ubere mulctum vitreo umboni injectum, ſolique per horam expoſitum in orbiculum inſtar margaritæ fulgore micantis cõglobatur: quod inſuper in ejuſdem mulieris, à qua mulctra

ctra facta eſt , lotio fuſo partem imam
recto viæ itinere petit, ſal illi adjectus
neutiquam colliquatur. Quin & aſſidue
quæ marem gerunt facilius exigunt , &
coloratiores, dextra potiſſimum mala ,
ſunt,minuſque pallent: Quod & Hippo-
crates c tradidit. *Mulier ſi marem gerit
probe colorata eſt, ſi fœminam, decolor eſt.*
Mares præterea partus magna ex parte
circiter quadrageſimum diem motus
præpotes ſunt, plus atque in utero mo-
tus validiuſque dextro potius latere in-
ferunt : idque ab Hippocrate ita ſanci-
tum eſt. *Fœtus qui mares ſunt parte uteri
dextra continentur : qui fœminæ, magis
ſiniſtra.* Longe enim mas à fœminæ na-
tura calore diſſidet. Quocirca hæc &
tanta, contra quam in fœmineo fœtu
accidere, neminem admirari licet. Pur-
gationes etiamnum ad tempus quod-
dam (ſcilicet quadraginta dierum)acce-
dunt. Uter mucronatus ad umbilici ſe-
dem prominet.Nec minus profecto ad-
miratione dignum eſt , mulierem itione
perpetuo dextrum pedem præferre, ac
exurgentem manui dextræ potius quam
lævæ inniti. Dexter pulſus eidem ple-
nior. Contraria omnia in altero ſexu.

c *Hipp. lib. 5. Apho. 42.*

Primus fœminæ, parte plurima, nonageſimo die motus, latere lævo, ingeſtabile onus, crurum & inguinum levis tumor. Pallidiores ſunt fœminam geſtantes, avidius appetunt, atque minus re jam præſente (quam cupierint) frui queunt: protinus enim faſtidiunt, quod modo vehementer appetebant. Muliebria trigeſimo die prodeunt. Qua ſane reputatione fœmineæ ſortis miſereri protinus ſubit. Cæterum ariſtolochiæ pulviſculus ex melle confectus, lanaque obvolutus per tempus vulvę impoſitus, mari aut fœminæ inchoatæ argumento eſſe poteſt. Nam ſi ſalivam edulcaverit, mas proculdubio conceptus eſt: Sin amarorem allectet, fœmella. Inde & pleroſque exiſtimare video nihil non de hac ipſa re herbarum vi cognoſci poſſe. Sed plurimarum etiam calcatarum vires eſſe incognitas, ob eam rem quod eas agreſtes literarumque ignari, quippe qui ſoli inter illas vivant, experiuntur. Accedit ratio inventionis anceps: quandoquidem in repertis alia caſus, alia vitæ pleraque utilia (ut vere dixerim) Deus ipſe inveniat. Quinetiam ad maris fœmellæque generationem prænoſcendam, an novella ſeneſcenſve,

an

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

an florens & vigens ætas fuerit, noviſſe
non parum intereſt: quandoquidem hæ
mares: illæ maxima ex parte fœminas
procreent. Quippe in quarum altera ca-
lor nondum perfectus ſit, in altera vero
deficiat. Humidiora etiamnum effœmi-
natioraque corpora, necnon ſeminalia
excrementa humentia magis ſpiſſa, fœ-
minas potius gignunt. Flatus inſuper
ad hujus vel illius inchoationem pluri-
mum conferre compertum habetur, ſi-
quidem iis aquiloniis magis quam au-
ſtris mares gigni, non in genere huma-
no ſolum, verum & in pecoribus luce
clarius eſt. Quamobrem oraculum il-
lud magnopere cuſtodiendum, qui ma-
res concipi avent, eo ſpectent. Nec re-
cens ſubtrahemus exemplum. Quod
pecorum paſtores qui mares concipi
volunt, in hunc (ut ſic in eundem in-
eant) eatenus paſcunt. Quinimo ob-
ſervatum certe experimentoq; obvium
eſt, fœminas conceptas eſſe ſi à coitu in
Aphricum, ut pote qui ex adverſo Aqui-
lonis ab occaſu brumali ſit, pecus ſeſe
circumegerit. Quod equidem in uſus
humanæ conceptionis vertiſſe nequic-
quam pudendum. Id quoque ipſum
caſu repertum, quis dubitet? verum ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quis illa forte ab homine excogitari potuiſſe crediderit, ingrate Deorum munera prorſus intelligit. Nec profecto perpetua indicia hæc extiterint: Ideoq; hæc Hippocratem & Galenum literarũ ſubtilitatibus peritos, non admodum illuſtraſſe: ac demum non ab aliis hominum recepta fuiſſe, atque per memoriam tranſiſſe, æque ac nihil in vita mirandum eſt, uſque adeo fides iſtis faſque omne defuit. Etenim interdum (quanquam rarenter) fieri quit, ut fœmina valentior mare concepta, dextro latere crebrius & vehementius: contra mas imbecilior morbidiorque, ſiniſtro rarius & languidius commoveatur. Sed enim hæc & id genus reliqua, ut eo diſſentiunt, quod magna ex parte, & magis minuſve accidit, ſic retulimus. Enimvero mulierum interna hæc hominum nec indagare intereſt: neque ſolers humanæ mentis, artificioſaque conjectatio, ad eam rem proxime accedit. Idque non niſi numen potis eſt vis ulla tenere. Furor eſt empiricos quoſdam (adeo ii ad ejus ſcientiæ rabiem, non aviditatem modo, ſeſe gerere) ita tum conceptus, tum concepti maris fœmellæve certitudinem animo agitaſſe, ut rem ſic ſeſe

habere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

habere non vaga & artifici conjectura ſolum, ſed perpetua, & quaſi unde certi eſſent, potiti ſint. Futurum puerperium prævidentes, certo certius temeritudine (quod ſolus Deus novit) prodere auſerint. Quæ nempe ubi vera forent, quantum adeo tandem tales diſtare dum vivant videri poſſent? At hæc quidem & id genus reliqua, cujuſque arbitrio æſtimanda relinquantur. Res nihilo ſecius de qua plura ſcriptitentur, prædictionum peritia digna (ut inter autores convenit) cenſetur, vel eo ipſo, quo deſideratiſſima medicinæ partium plurimum in toto terrarum orbe plurimiſque ſeculis evaluerit. Atq; ut hoc quoque ſuggeſſerit rerum rationi compertæ experimentorum (ad quæ vel maxime etiamnum quiſque juſte caligat) notitias miſcuit: ita hominum ſenſibus duplici vinculo poſſeſſis in tantum faſtigii adolevit, ut hodieque etiam in magna tum medicorum, tum cæterarum gentium parte prævaleat. Quoniam quum humanæ menti eventa quæque rerum præſcire perpetuo placuerit: nihil tamen adeo cupitum aliud, quam futuros partus (quippe qui omnium gratiſſimi, nullo non avido venturam de hac ipſa re

 ſortem

ſortem ſciendi) prænoviſſe conſtat. Inde ei maximam autoritatem parti fuiſſe nemo miretur: quandoquidem ſola partium humanæ mentis imperioſiſſima de futurorum precioſiſſimis ac præcipuis mortales certiores reddere, perinde ac ſi è cœlo ea veriſſime peti credidiſſent, blandiſſime ſpoponderit. Nos vero hæc etiam auditu faſtidimus, proindeque haſce præſagitionum leviſſimas vanitates ſæpius quidem præſentis capitis parte ubicunque cauſæ locuſque poſcebant (quantum nobis licuit) coarguimus, paucisque & nunc deteximus. Tanta de indiciis, caſtigatius, quam ſe copia ſuggerebat.

1 *Quæ utero gravibus accidant.*

2 *Eorum medicina.*

3 *De ſuperfœtatione pulcra.*

CAPUT V.

HActenus indiciorum conceptus hiſtoriam (relicta pene cauſarum indagine) digeſſimus. Nunc reliqua concinna ſerie prægnantium

tium memorabilia expiſcari operæpre-
cium eſt : ſi prius eorum ferme omnium
quæ antea prodidimus in univerſum
cauſam nacti, muliebrium ſuppreſſioné
propoſuerimus. Paucis contingit, ut
melius habeant quum uterum gerunt :
fit enim ut magis valeant, quando cor-
pus vitioſis iis ſuccis oppletum fuerit,
quos partus ad ſui altionem exhauriat,
parentemque exquiſitius perpurget.
Compluribus contra ut ægrius magna
ex parte degant, evenit: Cujus rei cau-
ſam aliquam vel ad vitam referre poſſu-
mus. Quæ enim mulieres ocioſam ac
ſellulariam vitam degunt, excrementa
non parum multa ſibi contrahunt, quo
fit ut triſtius uterum geſtent. At contra
quibus gentibus mulieres labores ſuſci-
pere aſſueſcunt, quomodo agricolæ fa-
ciunt, iis ſane neutiquam difficulter u-
terus geſtatur : quippe quibus recre-
menta labor abſumat. Sed vel maxima
horum cauſa eſt, quod mulieri plurima
purgatio evenit, quæ quum uteri geſta-
tione deſierit, apprime vexat atque ma-
gnopere interturbat. Quandoquidem
vel non gravidas (niſi menſtruæ purga-
tiones prodeant) ægrotationes etiam-
num corripiant, uti Hippocrates mo-
nuit :

nuit: *Si mulieri menſtrua immodice fiunt, morbi accidunt: & ſi non fiunt, morbi matricarii accidunt.* Hinc cordis ſaltum, animæ defectiones, vertigines, ventriculi dolores, nauſea, vomitioneſque plurimas, utero gerentes prehendere conſpicuum eſt, & præcipue quibus purgationes conſtiterint (quippe quæ corporis proportione mulieri plurimæ ſint) nec dum ad ubera tranſierint, ob eam rem quod ab initio ut etiam paulo poſt, aut nihil quicquam, aut tantillum quid in puerperii alimoniam abſumatur. Quocirca cruentum virus à corporis in quo continetur natura alienum, neque nutu ſuo alens, intra venas retentum ad jecur atque ventriculum tandem (ea moliendo incommoda) ſerpit. Hinc ventriculi redundationes ciet: hinc etiamnum ſecundum ejuſdem labem, quibuſdam carbones, pleriſque terram, & id genus reliqua fœda & abominatu digna (ut nos ipſi ſæpius vidimus) mandere in mentem venit, atque deſiderio inſolita quædam guſtatu horrenda guſtandi propere moventur. hanc Latini muliercularum molliciem, malaciam vocitavere. Quibus ventriculi cum appropriatis mundificatione, ſicuti poly-

podio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

podio ſiccato, efficaciſſime ſuccurritur. Subinde appetitus acidis rectificetur: ac poſt cibum pyris, cydoniis, malis punicis, avellanis aſſis, ciceribus aſſis, veſcantur. Sinapi etiam uti prodeſt, quando & nocuum ſuccum abſcindat, & appetitum cieat. Vinum ex aqua mellis & aqua zucchari bibant. Cataplaſmate corticum citri, meliſſæ, calami odorati, ex oleo nardino maſtichinoque ventriculo admoto recte medemur. Plurimum itaque languoris iis ineſt. At in utroque ſexu capillum germinante puerperio, & in plenilunio (quod tempus editos quoque infantes vel maxime vexat) faſtidiunt, tædioque fatiſcunt. Iis aptiſſima ſunt, quæ auſtera, quæ acida, quæque contacta modico ſale ſunt. item panis ſine fermento, omnis avis, omnis venatio: atque utraque aſſa magis quã elixa. quicquid ė cæteris ſumitur, macrum potius quam pingue. Ex pomis morum, ſorbum, pyrum fragile, cotoneum, punicum, palmulæ, nuclei pinei, oleæ albæ ex dura muria, eædem aceto intinctæ, vel nigræ quæ in arbore optime permaturuerint, vel quæ in paſſo defrutove aſſervatæ fuerint. Temetum auſterum (quanquam aſperum) item reſina-

reſinatum, ac tandem cibi, potioneſque vel frigidæ vel ferventes. Etſi autem aliquæ principio magis laborent, aliæ poſt, quum jam partus increverit: omnes adæque menſe quarto octavoque maxime infeſtantur. Quod ſi vel quarto vel octavo fœtus perierit, ipſæ quoque una aſſidue intereunt, periclitanturq;. Adhuc etiamnum earum ventriculus plerunque flatuoſo ſpiritu laborat, pedes extuberant atque inflammantur. Quibus profecto affectibus medentur cochleæ ſi fieri poteſt Africanæ in cibo ſumptæ: coquuntur intactæ ex aqua, dein ex prunis torrentur, tunc ex vino & garo eduntur, impari ſane numero ſtomachi dolori ſuccurrunt. Vivæ etiamnum cochleæ ex aceto devoratæ proſunt. Ventriculi autem redundationi recte malagmate ex foliis vitis, caſtoreo, cotoneis, dactylis immaturis, calamo odorato, ſpica, temeto aromatico adjecto, medemur. At quum exiſtimamus præcordiorum vitium eſſe, ſi cibus minime continetur: certe quibus hoc accidit ſtomacho laborare dicuntur. Horum præcordiis venter oſſifragi arefactus infricatur. Si in manu quoque teneatur dum cibus ſumitur magnopere prodeſt.

Nec

Nec ab re ſit compoſitionem operi convenientem deſcribere, quæ ſua vi ſtomachi faſtidium & marcorem mire ac celerrime detergat. In muſto ex uvis albis congio cydonia quinque non purgata, totidemque mala punica conjiciuntur. Cui additur ſorborũ ſextarius, roris Syriaci ſextarius, croci Siculi ſemiuncia. Sic uſque ad mellis craſſitudinem coquatur. Inde in die lingula ſumitur. Fit etiam efficaciſſima potio compoſitione ita ſcripta: Apii ſeminis aridi drachmæ ſex, Petroſelini Macedonici, ſpicæ nardi, myrrhæ, opii, ſchœni, piperis longi, ſingulorum ʒ. iiij. piperis albi ʒ. v. Hæc una cum melle Græco deſpumato quod ſatis ſit teruntur. Jejuno in potione mulſi mixti ex aqua calida ʒ. ij. utiliter dantur. Si flatuoſo ſpiritu dolor vehemens citetur, ſemina, fœniculi, apii, aniſi, cyminum & id genus reliqua adjicienda ſunt. Cordis ſaltui calida aqua ubere pota opitulamur. Aceris radix cum vino tuſa, iis quas linquit animus aut mens, & alienantur, quibuſque vertigines fiunt efficaciſſime prodeſt. Cochleæ ſingulæ cum ſua teſta tritæ ex paſſi cyathis ternis calefacta potione per dies novem dantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

In eadem curatione plerique per dies quinque dant in eodem modo paſſi, primo die cochleam unam, ſequenti die duas, tertio tres, quarto duas, quinto unam: ſic ſuſpiria tolluntur. Inflammatis vero pedibus cataplaſma ex cicerum, fabarum, oroborum farinis ſuccoque caulium confectum, præſidium non mediocre affert. Victus ratio tenuis ſit: quæque bonam concoctionem & moliuntur & accelerant, propinentur. Sæpe nimirum eaſdem urinæ difficultas ad poſtremum, puerperio veſicæ cervicem comprimente, fatigat. Adverſum quam millefolium tritum ex aceto bibitur. Plerunque ejuſdem deſtillatio atque incontinentia affligit: Cui ungulæ apri vel ſuis cinis potioni inſpergere opitulatur, leporis cerebrum ex vino potui datur, ejuſdem teſticuli toſti eduntur: anſerum trium linguæ in cibo ſumuntur. Enimvero rerum omnium parens nullum ad hoc tantum, ut paſceretur aut alia ſatiaret, animal naſci voluit: Quin ſalutares & viſceribus (quippe quas ſurdis etiamnum rebus ubere inſeruerit) artes inſeruit. Cochleæ Africanæ cum carne ſua comburuntur ciniſque earum ex vino bibitur. Eiſdem

non-

nonnunquam magno incommodo alvus ſupprimitur, quare tunc fel lupi cum elaterio umbilico illinitur: Cydonia in melle ſervata cruda à jejunis mandun-tur. Lac caprinum cum ſale & melle potum prodeſt. Pruna jejunis edantur. Porri capitati biſcocti per ſe in cibo ſumantur. Lens non percocta ſorbeatur. Myrobalanus, quod eſt caryotæ genus naſcens in Ægypto, vino auſtero tritus & potus alvum citat, mororum maturorum ſuccus potui detur, armoniacum potioni addatur. Ulmi corticis tunſi denarii pondus in hemina aquæ frigidæ etiam purgat. Hirundinis fimus melle adjecto ſuperpoſitus. Et item ſalicis ſuccus ex vino mulſo potatus. Thalaſſomeli ſine ſtomachi noxa jucundiſſime purgat & odore gratum, & ſapore. Quod ſic fieri debet: aquæ marinæ & aquæ cœleſtis eadem menſura, & mel ejuſdem portionis permiſcentur. Item panis fermentatus, magiſque ſi hordeaceus, minutæ aves, cochleæ, oſtrea, & omnes fere conchulæ, maximeque earum jus, ſaxatiles, & omnes teneri piſces, aves quæ natant, caro pinguis vel juruleuta elixave, crudum mel, mulſũ, temetum dulce, ſalſumve: atque tandem

omnia

omnia tenera, tepida, dulcia, pinguia, elixa, jurulenta, ſalſa, diluta, alvum molliunt. Porro quoniam frequenter gravidis accidit, ut propter languores (quos ante retulimus) varia plebis commenta experirentur, eos curare neſcientis, qui pauciſſimis etiam horis repelli poſſint, mihi oportunum viſum fuit, paucula hæc valetudinis auxilia colligere. Quibuſdam etiamnum gravidis congeniti pili defluunt, paucioreſque redduntur. Contra qua parte pilos haud habere ſolebant, ea magis accipiunt, pilorum materia à ſuperis ad ima inguinum calore retracta.

Cæterum utero graves ſuperfœtare neque fabuloſum neque novum eſt. Quoniam omnium maxime animalium, mulier & equa gravidæ initum novere. Cætera (ut pote quorum natura more leporis ſuperfœtate recuſet) ubi gravida extiterint, mares contemnunt. Verum equam haud unquam ſuperfœtaſſe cognitum eſt. At mulieri, tametſi in Italia rarum ſit, interdum ut ſuperfœtet evenit. Ob id qui longioribus temporum impendiis poſt concepti ſunt (altero jam pridem concepto) nihilo quicquam profici queunt: ſed dolorem, quo & ipſi,

& pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

& primus partus intereat præmaturius, concinnant. Olim ut unde tredecim, ſu-perfœtata puerperia, corruptione pera-cta, ederentur incidit. At verò ſi à pri-mo conceptu ſecundus proxime moli-tus ſit, paululumque temporis inter eos intercesserit, quod ſuperfœtarit (quaſi gemini naſci videantur) abſolvi edique poteſt. Quomodo & Herculem, & Iphi-clum concreatos eſſe fabulantur. Sed & id etiamnum ex adultera quadam quæ alterum marito, alterum adultero per-ſimilem peperit, compertum eſt. Et item Proconneſia ancilla ejuſdem diei con-cubitu alterum domino, alterum pro-curatori ejus perquam ſimilem egeſſit. Inſuper quum geminos quædam ferret, tertium ſuperfœtavit, quumque juſtum pariendi tempus inſtaret, primos vita-les edidit, ſecundum qui obiter diem ſuum obierat, menſe quinto eliſit. Alte-ra quum primum invitalem menſe ſep-timo peperiſſet, mox geminos juſto menſium numero vitæ compotes enixa eſt. Et adhuc alia juſto partu unum, al-terum quinque menſium emiſit. Com-pluribus etiam id eveniſſe liquet, ut ſi octavo menſe concubuerint, partus mu-core oppletus exierit. Lac præterea o-mnem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

mnem circa mulctram ſuctumve iis (ubi illius uberior copia congeritur) è mammillis effluit. Lactis autem copia facile colligitur, ſi communes uteri uberumque venulæ admodum expleantur. Admodum ſane opplentur, ſi * puerperium lactis tantillum atque puſillum abſumpſerit: id nempe ejuſdem imbecillitatis vel præcipuum indicium eſt, quorum Hippocrates non ignarus in hunc modum ſanxit: a *Mulieri gravidæ ſi lac effluit è mammis, fœtum imbecillum eſſe ſignificat: At ſi mammæ ſint firmæ ac ſolidæ, fœtum validiorem eſſe ſignificatur.* Quapropter nec adeo lacte refertas eſſe, ut ſua ſponte egrediatur: quomodo nec ita ſolutas præ ſanguinis inopia ut flacceant, ſed attrectanti ſolidiuſculas comparere, & mediam conditionem ſervare oportet. Quocirca & ob ſimilem cauſam, ſi muliebria affatim eruperint, tum ſubinde menſtruam circuitionem obſervaverint, ut partus recte valeat fieri minime poteſt. Quandoquidem is dilutiore cruentioreq; ex corpore toto in vulvam delata materia ad ſui altionem utatur oportet, quod Hippocrates prodidit: *Si mulieri gravidæ menſtruæ purgatio-*

* *id eſt, fœtus.* a *Hipp. lib.5. Apho.52.*

gationes prodeunt, fieri non poteſt, ut fœtus bene valeat. Qui nihilominus acuto morbo, quo perſæpe uterum gerentes capiuntur, perimitur, tum quia ægrotatio fœtum interimit, & item quia alimonia diutius denegata (alimenti inopia) is perditur. Idcirco Hippocrates nos admonet: *Mulieri gravidæ capi ab aliquo morbo acuto lethale eſt*, gemino alioquin periculo allato imminente. Et item quia per graviditatem validiora ſubſidia haud quaquam adhibere, aut oppido victus rationem extenuare medicæ rei profeſſis liceat. Quam ob cauſam & ægrotationes increſcant, invaleſcantque, neceſſum eſt. Proinde partus merito interdum non perdurat, ſed amittitur, interdum vero dum in lucem prodeat, obſervatur. At morbidus tantiſper (utpote diutule perpeſſus) gravidaque muliere flaccida, languida, ac denique vieta, non ſine periculo enititur. Ego ſane poſtremo iis unum id incredibile dictu adjiciendum duxi: quod Martia Romanarum princeps utero gravis claro fulmine (quippe cui ea natura ſit, ut dolia intactis operimentis exhauriat, aurum intus ſacculis haudquaquã ambuſtis, ſignoque ceræ nec confuſo, li-
quet)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quet) icta exanimato partu incolumis ipſa ullum citra aliud incommodum vixit.

1 *Prognoſtica cauſæque effluxionum & abortuum.*
2 *Eorundem etiamnum numeroſitas uno abortu.*
3 *Molæ indices & cauſæ, ac ipſius à partu interſtinctio.*
4 *Horum omnium affectuum remedia.*

CAPUT VI.

Mulieres quippe utero gerentes corruptiones interdum perpeſſas eſſe, in medicorum monumentis (utpote quibus talia conſectari curæ fuerit) cumulatiſſime extat. Effluxiones quę intra diem ſeptimum corruptiones incidunt, tantiſper enim geniturae inſtar lactis elabuntur: Aborſus quæ primis menſibus conceptu exorſo fiunt: Abortus quæ prope pariendi eveniunt tempus, cognominant. Quanquam has quidem (grandiore jam fœtu) ejectiones, unde ejectitiæ vulvæ, illas verò quæ intra quadrageſimum à con-

conceptu diem contingunt abortus, illuſtriores appellitare aſſueverint. Hinc apud medicæ rei profeſſos voculæ hæ plerunque confunduntur. Effluxionum prognoſticon cenſetur: ſi oris vulvæ labra lævia extiterint: proxime enim ſeminale excrementum delabi ac effluere præmonſtrat. Quod ſolertes peritioreſque mulieres * inigunt, labris liquida pice illitis, fœtore nanque uterus reſiliens attollitur, quo fit ut oſtiolū coerceatur ſigilleturque. Poſt deinde libano, abſinthio, ceruſa, ex olivæ oleo illinunt, quæ ariditate ejuſdem obturationem commolliunt, idem occœcant interſepiuntque. Eiſdem propemodum cauſis geniturę abiguntur, quibus abortus accitus, cujus equidem validiſſimum uberum pręceps deductio index, ut Hippocrates *a* ſtatuit: *Si mulieri utero gravi, mammæ ſubito extenuantur, abortus ſequitur.* Nam vulvę uberumque venulæ nonnullæ (quas ante retulimus) communes exiſtunt, quæ quoties cruoris tantillum obtinent, graciliores mammulas exhibent: quamobrem alimoniæ abſentia atq; indigentia, nonnunquam partu enecto, interdum eo ſuperſtite, ſed

** id eſt, interorsū agunt.* a *Hipp. l. 5. Aph. 37*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſed palpitante, ac denique membranulas interſcindente (quippe cui alimentum neutiquam ſuppetat) atque tandem ſuppetiis omnibus prorſus deſtituto, infeliciter infelix mulier aboritur. At quemadmodum extenuatis mammulis infans perditum itur: ſic & ſi perditum iturus eſt, gracilitudo proculdubio eaſdem prehendit, Hippocrate monente: *Quæ abortum facturæ ſunt, iis mammæ extenuantur:* ſed ſi denuo dureſcant, dolor in mammis fatigabit, aut in coxis, aut in oculis, aut in genibus, itaque non facient abortum. Quod autem in propenſionis calce proditum eſt, hujuſmodi exiſtit: ut ita duriuſcula ubera ſanguinis affluentiam, & ubertatem, quomodo gracilentæ mammulæ inopiã indicent. Quocirca citra læſionem, puerperium ad juſtum partum ſervabitur opperieturque. Quod ſi geminos ferat marem & fœminam, pone Hippocratis ſanctum: Fœtus qui mares ſunt, parte uteri dextera continentur, qui fœminæ læva potius: dextra mamma gracilis effecta, marem: læva, fœmellam, immature abjectum iri portendit, idque Hippocrates tradidit in hunc modum. *b*

Mulieri

b *Hipp. lib.5. Apho.38.*

Mulieri gravidæ geminis, ſi altera mamma extenuetur, alterum amittit. Si dextra mamma extenuata eſt, marem, ſi ſiniſtra, fœminam amittit. Ex tempeſtatibus inſuper indicia eleganter trahimus. Etenim ſi auſtrini flatus, pluviæq; hyemem occuparint: ver autem algidum aridumque extiterit, gravidæ quibus tunc adeſt partus, abortu periclitantur. Quod Hippocrates noſcens: *Si hyems auſtralis* (inquit) *& tepida fuerit, ver ſqualidum aquilentumque, mulieres quarum partus juxta ver properant, abortum ex qualibet cauſa facient: quæ autem pepererint, imbecilles ac morbidos edent infantes, ita ut aut ſtatim pereant, aut tenues atque valetudinarii degant, & reliqua.*

Cauſas inſuper, quæ maturius abortum valide procitare queant, eundem (ſi præceſſerint) futurum indicare, ecquis inficiatur? Etenim ſi mulier ſaltibus inhumanius jactitetur, deſultetque immodice, ac potiſſimum ſi reſiliat, poneque ſaltet, aut ut libuerit corpore ſine ratione & modo moveatur, ſi immaniter & vaſte clamet, ſi obiraſcatur, atque ſupra modum excandeſcat, ſi perterreatur ac compaveſcat, ſi parcius cibum abliguriat, ſi accidatur ac præcipue ven-

ter: ſi in balneo calidæ aquæ frigidæve moram traxerit. Si concubuerit (quædam namq; ſub abortum conceperunt. atque alterum abegerunt, alterum continuerunt) conſentaneum aboriri mulierem * extericineoſque exereri cuique vel ignaro videri poteſt. Atque exterraneæ à medicis eæ cauſæ nuncupantur, quæ quum pene innumeræ extent, hæc quæ nec viſu facilis, nec dictu effabilis ulli, minime prætermittenda cenſetur: Quod odoris ſpiramento à lucernarum extinctu, aliove ſimili odore abortivus partus enitatur. Cujus rei aurea ac majeſtatis plena Plinii ſecundi verba hoc loco peropportune afferre haud veritus ſum: quandoquidem an C. Plinius, an potius Hieronymus (adeo Chriſtianæ fidei quadrant) ea ipſa exaraverit, hiſcam. Quibus ſane non parum multa pauciſſimis feliciſſima illa ſua & inimitabili feſtinatione comprehendit. *Miſeret atque etiam pudet exiſtimantem quam ſit frivola animalium ſuperbiſſimi origo, quum plerunque abortus cauſa fiat odor à lucernarum extinctu. His principiis naſcuntur tyranni, carnifex iis animus. Tu qui corporis viribus fidis: tu qui fortunæ mune-*

* *exterraneoſque exterreri.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

munera amplexaris, & te ne alumnum quidem ejus exiſtimas ſed partum: tu cujus ſemper in victoria mens, tu qui te Deum credis aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti, atque etiam hodie minoris potes, quantulo ſerpentis ictus dente? Aut etiam, ut Anacreon poëta, acino uvæ paſſæ: ut Fabius ſenator prætor in lactis hauſtu uno pilo ſtrangulatus. Is demum profecto vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. Hactenus Plinius. Atqui à coitu ſi ſternuerit mulier, abortivum eſt. Et item ſanguis ex vena miſſus. Hippocrates, c *mulier prægnans,* inquit, *ſanguine miſſo ex vena abortum facit, & magis ſi fœtus auctior eſt.* Tantiſper enim uberiore alimonia indigus ſanguine hauſto perdi par eſt. Nec ſolum ſanguine miſſo, verum & per diuturniores inedias, & item per immodicas vacuationes aboriri conſpicuum eſt: & iis potiſſimum in non opportuno tempore celebratis, quemadmodum in ipſis conceptionis primordiis, ac rurſus quum jam partus perfectionem attigerit, propterea quod vulvæ partus, perinde atque ſtirpibus pediculati fructus, connecti dilucet. Etenim ii ita jungun-

c *Aphor.31. lib.5.*

tur, ut prima ſui generatione, invalidioribus admodum nexibus, quomodo rurſum ſimulac abſoluti fuerint, vieti & languidi ſuaque vi decidui, inhæreſcunt, & ob id quantulis ſpirantium aurarum flabris paſſi, facilime excidunt. Pari omnino uſu, puerperium & primis & ultimis menſibus, triſtius utero hæret: hinc vacuatione molita facile proruit. Quod Hippocrates exquiſite internoſcens: d *Mulierem* (inquit) *utero gerentem purgabis medicamento, ſi materia turget quarto menſe, & ad ſeptimum uſque: ſed eas minus: ab recentiore autem & ab auctiore cavebis.* Nam intermedio tempore firmioribus coitibus & inſeparabilibus ferme complexibus, & fœtus utero, & ſtirpibus fructus alligantur annectunturque. Quocirca validiores vacuationes pariter atque commotiones utero gravis citra partus oblæſionem ſuſtinere quit: quanquam nec omnes per id tempus vacuationis egentes arte perpurgari decet: ſed ſi materia turgeat: quippe quibus perinde atque ſpontinis vacuationibus gravidas abortu periclitari ubertim conſtet, commonente Hippocrate: e *Mulieri prægnanti ſi alvus nimium*

d *Hipp. l. 5. Apho. 29.* e *Hipp. l. 5 Ap. 34.*

mium fluxit, periculum faciendi abortum imminet. Proinde quibus alvus reſoluta eſt, ne abortio ſequatur, ſuccurrendum eſt. Sed cum alia tum illa quoque ventri ſiſtendo dantur. Cancri fluviales triti ex aqua bibuntur. Sativi ciceris ſuccus in caprino lacte potatur. Ocimum tritum ventri illinitur, alica, vel milium, vel panicum, in lacte caprino decocta more ſorbitionis (& magis ſi hæc ante fricta ſunt) in die ſumuntur: itemque ex iiſdem pulticula. Vetus panis nauticus tunſus & iterum coctus (ac magis ſi ex ſiligine vel ſimila, ſineque fermento ſit) & aqua recte bibitur. In aqua fabæ cortices ad tertias decoctæ proſunt. Lens ex aqua cœleſti decocta ſorbetur. Quin & lenticula cui beta vel plantago adjecta ſit, magiſque etiamnum ſi illa prius fricta eſt, utiliter manditur. Vinum reſinatum aſperumve, item meracum, acetum merum, mulſumve quod inferbuerit. Item præ frigida aqua dura, hoc eſt, quæ ſerius putret: ideoque pluvia potiſſimum efficaciſſime medentur. Mala ſylveſtria eduntur. Aqua in qua pruna agreſtia cocta ſint, bibitur: Sylveſtriũ prunorum baccæ, vel ex radice cortices in vino auſtero decoquuntur, ut pars

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tertia decidat, idque vinum bibitur merum. Cyathus unus in die mororum ſativorum ſucci bibitur. Item pyra immatura, ſorba, mala cydonia & punica, oleæ albæ, vel permaturæ palmulæ, & myrta manducantur: myrtique ſeminis ſuccus ſorbetur. Merula, palumbus ferus ex poſca coctus, grus, omnes aves, quæ currunt magis quam volant, lepus, jecur ex iis quæ ſevum habent, maximeque bubulum ac ſevum ipſum, caſeus qui vetuſtate vehementior ſit, in cibo datur. Item ova dura magiſque ſi aſſa ſint. Columbinus fimus cum melle ventri illinitur, Anatum maſculorum ſanguis bibitur. Flores vel cincinni de avellana in furno ſiccati atque attriti ex vino propinantur. Juniperi baccæ tritæ ex vino nigro, hoc eſt, ex nigris uvis expreſſo potantur. Flos hederæ tribus digitis ſumtus in vino auſtero bis in die bibitur. Baccæ agrifolii ex vino eodem potantur. Ruborum in quibus mora naſcuntur cauliculi ex vino auſtero decoquuntur, & in cibo dantur. Cochlearum quæ vivæ crematæ ſint cinis potioni ex eodem temeto inſpergitur. Plantago ex aceto cocta editur. Gallinaceum jecur aſſum in cibo utiliter ſumitur. Vrticæ

ſemen toſtum pane collingitur. Quare nequaquam mirabile videri debet, ut ob fortes vacuationes partus amittatur: quandoquidem ob fortem ac perpetem tendorem (quippe quo & crebra ſed irrita deſidendi voluntas citetur, & corpus totum ac potiſſimum uterus, ut qui ſub recto inteſtino adnectitur, circa quod tentio accidit, affatim fatigetur) gravidæ mulieris abortio ſequatur. Quod Hippocrates plane novit inquiẽs: f *Si mulieri uterum gerenti tentio acciderit, abortus ſequitur*. Ad hoc vitium lac bubulum potui datur. Jus piſcium marinorum in patina decoctorum cum lactucis ſorbetur, aut pane collingitur: olus diſcoctum cum ſale editur. Aquam marinam plerique per ſe dant, ſed raphanos ſupermandi jubent ex mulſo aceto, ut vomatur, Pulticulam ſiliginis ſalſam ſine oleo edendam dabis. Emplaſtrum id (quod tetrapharmacon Græci vocitant) ventri illinitur. Liquatum alumen lana circundatum apponitur. Eadem fere ex inferiore parte indita, quæ torminum auxilia ſunt, ſuggeruntur. Alternis diebus aqua, alternis lene & auſterum vinum bibendum eſt. Potio

 vero

f *Hipp. lib. 7. Apho. 27.*

vero quæque egelida ac frigida eſſe debet. Verum ſi nec moliamur vacuationes, neque teneſmus acciderit, ſed nocui priuſquam conciperet ſucci collecti fuerint, quibus validiore prehendente febri prægnans abſumatur, aboriri compertum eſt, Hippocrate exarante: g *Quæ uterum gerentes à febribus capiuntur valdeque extenuantur ſine cauſa manifeſta, eæ difficulter pariunt & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur*. Quomodo etiamnum ſupra commemoravit: h *Mulieri gravidæ capi ab aliquo morbo acuto lethale eſt*. At cum acuta febri jugiter citra inflammationem partus interimatur: quanto cauſatius ſi qua inflammatio, ignisve ſacer (& uterum præcipue) infeſtet, is amiſſum iturus eſt. Cujus rei non ignarus Hippocrates: i *Si mulieris prægnantis* (inquit) *uterum ignis ſacer infeſtat, lethale eſt*. Cui terreni vermes ex aceto illinuntur. Allii cinis ex oleo & garo illinitur, rutaque ex aceto & oleo, lens ex aqua marina decocta imponitur. Amurca nigræ olivæ infundatur. Herba ſabina tuſa, quæ habet folia quaſi cupreſſus, cum melle illinitur.

g *Hipp. lib. 7. Apho. 55.* h *Hipp. lib. 5. Apho. 30.* i *Hipp. lib. 5. Apho. 43*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tur. Ova cocta trita cum oleo imponentur, & betæ foliis cooperiuntur. Ovorum trium candidum cum amyli pari menſura contritum imponitur. Anſeris adipe vitium perungatur. Viperæ caput aridum combuſtum ex aceto ſuperlinitur. Spongia ex aceto imponatur, urſinus aut ſuillus adeps adiiciatur. Fimus vitulinus bubulusve, ramenta cervinæ pellis diſcocta, pumice ex aceto trita imponantur. Cæterum ut puerperium quibuslibet alimoniam abſumentibus cauſis aboriatur, dilucet. Quo fit ut ſi male habita ſtrigoſaq; & inuber mulier utero gravis recreationem inſtaurationemq; requirat, cum ſanguis qui in fœtus alimoniam cedebat, ad gravidæ mulieris altionem recipiatur, neceſſario inquam ſit, ob inſignem cibatus inopiam, ut partus (dum interea mulier gliſcit) abortivus abigatur, Hippocrate ſcriptitante: *Quæ præter naturam tenues uterum gerunt, abortum faciunt, donec craſſeſcant*. At ſi nulla ex iis cauſis abortū concitet, qui nihilominus conſequatur, alias quas interaneas medici appellant (tametſi ex ſuperioribus nonnullæ hujuſcemodi eſſe queant) cauſas

k *Hipp. lib. 5. Apho. 44.*

exquirere opus eſt. Et quidem mucorulenta conceptaculorum ora ad vulvam pertendentia, ex quibus ſecundæ involucrum dependet (quæ acetabula cognominavimus) haberi conſentaneum videri poterit, Hippocrate monente: *Mulieres quæ mediocriter corpulentæ abortum faciunt ſecundo menſe, aut tertio ſine cauſa manifeſta, iis acetabula uteri plena mucoris ſunt*, ita ne fœtum continere poſſint, ſed præ ſuo pondere prærumpat elabaturque partus neceſſe eſt. Aut etiamnum flatuoſo ſpiritu humiditateve genituram foras propellente: Quibus eclegma de margaritis utiliter datur. Cancri fluviales, ex gallinaceo jure poti. Et item lepuſculorum prægnantium coagulum epotum mire prodeſt. Stellatus lapillus aureo incluſus, ita ut carnem contingat utiliter portatur, urſinave ungula collo. Cinis herinaceorũ cum oleo perunctarum partus contra abortus cuſtodit. In gramine vermiculi inventi collo adalligati: ſub partum autem (alias eniti non paterentur) detrahi oportet: ac ne in tellure ponantur (ut ajunt) cavendum. Lapis aëtites in aquilæ repertus nido partus contra omnes abortuum inſidias cuſtodit. Mu-

lieri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

lieri prægnanti à pectore hyenæ caro, & pili ſeptem, & genitale à cervice, ſi alligentur, dorcadis pelle collo ſuſpenſa. Sincera è ſue, quæ non pepererit axungia, in abortum vergentes collyrii modo ſubdita nutrit. Ibicum cineres cum anſeris adipe & irino, perunctis, ſi conceptus ſit partus, continere ferunt: item hyſtricum cinerem potum. Cancros etiamnum recentes vel aridos bibunt. Ad hoc tradunt cervas, cum ſenſerint ſe gravidas, lapillum devorare, quem in excrementis repertum, aut in vulva (nam & ibi invenitur) adalligatum partus cuſtodire. At quæ in corde & vulva oſſicula, gravidis & parturientibus per quã utilia, inveniũtur, * recto ſubinde ſpinæ emplaſtrũ admovetur, quod ex iis conſtet: olei roſacei, myrtini, maſtichinive, ſingulorum uncia, hædi coaguli drag. eboris ſcobis, cornu caprini, ceræ, ſingulorum geminis dragmis: confice. Bolus armenia, item ex oleo roſaceo vel myrtino vel maſtichino illita prodeſt. Aut fortaſſis mala temperatura calida abſumente, aut frigida congelante, aut ſecundæ involucro interſciſſo, vel alia quavis cauſa partu perempto, veluti ſera (ſed mox plura de hac, cum membratim

bratim hiſtoria decurret dicemus) è quibus edax atque acrius virus mordicans in uterum transfuſum, abortum invehat. Quod ſi enectus partus, pariter atque ſecunda exitum neglexerint, ſalis ammoniaci dragma, aut dictamni, ex aqua recte bibitur, aut etiam boracis mineralis dragma ex vino albo generoſo odorato utiliter ſorptui datur: aut aſinina ungula ſuffitur, quæ adeo partum maturat, ut vel abortus evocet. Nec aliter adhibetur, quoniam viventem puerulum necat. At de iis infra capite penultimo uberius dicemus. Numeroſitas conceptuum præterea abortum ciet: cujus rei mira quædam referre duximus. Nam quandam duodecim, alteram duodevigintiquatuor, ſeptuaginta alteram (omnibus efformatis) abortivos abegiſſe fabuloſum non eſt. At quod penitus incredibile cenſebitur (quamvis medicæ rei profeſſus non ignobilis prodiderit) nobilis quædam mulier una centum & quinquaginta efformatos vitæ compotes ſecundis obvolutos præmature abortu egeſſit: quæ cum vermiculos peperiſſe arbitraretur, medicum acc erſitum iri juſſit, quo præſente diruptis ſecundis magnitudine minimi digiti (cõ-

pluribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

pluribus motum habentibus) centum & quinquaginta partus connumerati ſunt. Sed & in Italia ſeptem, & aliam tres (quod aſſidue accidit) quã etiamnum nos ipſi novimus, abegiſſe certum eſt. Sed quod jam in prodigioſam miraculorum admirationem acceſſit, viperam mulier prægnans ſi tranſcenderit, abortionem ſequi produnt. Item amphisbænam, mortuam duntaxat. Nam vivã habentes in pyxide impunes tranſire, etiam ſi mortua ſit. Et quo magis miremur, ſi non aſſervatam gravida tranſcenderit, innoxiam fieri, ſi protinus aſſervatam tranſcendat. Ovum etiamnum corvi gravidis cavendum conſtat, quoniam tranſgreſſus abortus aſperos molitur. Simili modo caſtoreum (caſtorem fontem : locus eſt apud Plinium lib.32. cap.10.) fibrumve gravida ſupergrediente abortum facere dicitur: periclitarique partus, ſi ſuperferatur.

Aliud etiam incommodum haud verendum minus (utpote quod abortiones creat) quod mola à noſtris, à Græcis myle vocitatur, infeliciſſimas fœmellas interdum (in Italia frequentiſſimũ) vexat, quaſi non ſat ſit eas graviſſimo ac pene intolerabili parturiendi labore corripi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ripi, adeo naturæ in eorũ corpore molam gignere placuit, ne quid uſquam mali eſſet, quod in muliere non eſſet. Enimvero mulieri cuidam cum concubuiſſet, accidit; ut ſe concepiſſe arbitraretur, quandoquidem & ventris moles interim excreſceret faſtigiareturque, & reliqua ex ratione omnia reſponderent. At pariendi tempore jam inſtante, nec eam peperiſſe, neque uteri molem decreviſſe, ſed ad quatuor uſque annos in hunc modum perſeveraſſe proditum eſt. Quæ poſtremo inteſtinorum difficultate correpta, eoque modo periclitata, demum carnem (quam molam nominavimus) enixa eſt. Quin & malum id tota vita plerunque edurat, adeo ut & conſeneſcat & commoriatur. Quæ ſane diutius retenta, prodierit, obdureſcit admodum (cujus duritudinis, cruditas cauſa cenſenda eſt) ita ut ferri acie (uti ego ipſe ſæpius vidi) vix tranſigi queat. Porro vitii hujus bifariam cauſam proponunt. Nam cruentæ materiæ affluentiam, & muliebrem genituram, abſque viri ſemine, quæ vel ſomnio vel concubitu proruperit, peritiores (caloris uteri debilitate hæc ipſa comitante) cauſam ſanxere. Etenim natura de vita certante,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tante, & perficere finemque generationi apponere nequeunte, incommodum id ſuboritur. Quamobrem cum neque omnino alienam, neque prorſus perfectam naturam ſortiatur, tota vita, aut ſaltem longis temporum impendiis aſſervari, ecquid prohibet? At cur mulier vitio huic ſola omnium animalium obnoxia eſt? An quoniam muliebria huic concoquere non potenti affluentiora ſint? Quapropter cum ſucco difficili concoctu conceptus conſtiterit, tunc mola gignitur. Idque in mulieribus aut ſolis aut maxime fit: & ad novenarium interdum accedit numerum in nonnullis. Quo fit ut mulier univerſa ferme graviditatis indicia, perinde ac ſi prægnans foret, præ ſe ferat. Attamen duo hæc ita interſtinguenda ſunt: quoniam mola vel non movetur, niſi utero manibus depreſſo: vel ſi (ut plerique rentur) meatulis quibuſdam (quos habeat) ob ſpiritum in ea ipſa genitum, hiantibus, ad ſanguinis ſuctum, quo incrementum recipit, nutu ſuo, ſuaque lege permovetur, rarenter tamen & triſtius id accidit. Contra partus, & ſuapte natura citra compreſſionem, & ſæpius & validius dimovetur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

vetur: & ſurſum & dextrorſum ſiniſtrorſumque plerunque ventrem propellit: qui nimirum in utero gravi mollior, in molam geſtante obdurior eſt. In hac manus pedeſque molliores, & corpus totum extenuatum conſumptumq; magis, & imbecillior virtus, & juſti partus tempus aſſidue pertranſit. Contra in graviditate rem ſeſe habere, quotidiano experimento inclaruit. Cui equidem incommodo galbani ſcru. geminos ex lacte caprino diſſolutos ſorbere prodeſt. Galbano, coloquintide, myrrha, ex rutæ ſucco, abdomen recte illinitur: Obſtetrix digitum ex populeonis emplaſtto illitum, vulvæ intromittat, ejuſque oſtium adaperire quoad poteſt conetur. Subinde ex galbano, veratro albo, coſto, myrrha, utiliter infra ſuffitur. Boracis mineralis dragma ex ſavinæ aqua ſorptui recte datur. Croci etiamnum dragma pota proderit. Cæterum modeſtiores præſentanea pene quæque præſidia, quæ emortuos puerulos atque ſecundas cieant, excutiant, extrudantque. noxę huic præſtantiſſima fore, haud iëre inficias. Quorum nos infra (quantum licuit) commeminimus. Proindeq; contemplatio hæc ad ipſorum remediorum natu-

naturas peroportune nos protinus auferret, ni & alia quoque non pauca ſcitu perquam jucunda præpropere interpellarent: quibus oppido quam obſequendum duximus.

1 *Proceritatis improceritatiſque partuũ cauſæ, & de mira quorundã proceritate.*
2 *Puerperii in utero poſituram.*
3 *Tres vulvæ poteſtates.*
4 *Quonam utero gravis properante partu ſex rerum non naturalium regimine, quibuſque præſidiis parturitionem facilem reddentibus uti queat.*

CAPUT VII.

Quoſdam prẹſtanti corporis magnitudine partus, alios pumiliones, nonnullos proceritate inſignes, improcera corporis facie alios, obeſos pleroſque, alios graciles: quoſdam inter hos omnes medios, pro locorum capedine, recrementorum ſeminalium quantitate, alimentariæ materiæ inopia, ubertate affluentiave, gigni compertum eſt. Etenim ſi uteri ſpacioſitas anguſta fuerit, non amplum ſed agun-

anguſtum, quod in ea procreatur eſſe neceſſum eſt. Inſtar fructuũ, qui quamquam ſua vi ſuapteque natura grandiores adoleſcant, in arguto arctioreque vaſculo in ſuæ generationis primordio coacti ac coerciti, excreſcere ultra vaſculi limites (eo impediente) neutiquam poſſunt. Planeque præpotibus hominum inventis, prodigioſis naturæ viribus abrogatis (cui nihilo ſecius imperari audacis eſt credere) exoleſcunt. Identidem & de inchoati hominis magnitudine facile eſt cuique arbitrari. Quo ſit ut nani pumilive degeneres admodũ in lucem prodeant. Subticeo pygmæos ad extremos Indiæ fines, ternos longitudine dodrantes non excedentes. Hos etiamnum à gruibus infeſtari Homerus prodidit. Quos fama eſt ſagittis armatos arietum caprarumque dorſis inſidentes, verno tempore ad mare univerſo agmine deſcendere, & ova, tum pullos quoque earum conſumere, ternis eam expeditionem menſibus perficere. Alioquin fieri, ut futuris gregibus reſiſtere nequeant. Contra ſi vulvæ alveus vaſtior extiterit, modo parentes uberiores genituras ſuggeſſerint, ac deinceps alimentaria muliębria tantiſper affluentiora

tiora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tiora affatim ſuppetant, majuſculum proculdubio puerperium efficietur. Sin cavea intercapedoque medium obtinuerit, medios quoque infantes (modo cætera reſpondeant) gigni, credi par eſt. Hinc breviores quoſdam partibus partus evaſuros diſcas licebit: æquivalentes nonnullos, longitudine magis evectos procerioreſve alios. Tametſi rari admodum (ſeminum ubertatem exuſtione conſumente) eam ætate noſtra fortunam indepti ſint. Quandoquidem & Homerus vates ille jam ante annorum prope duo millia & ſexcentos, minora mortalium corpora quam priſca, uſque in id tempus conqueri non ceſſaverit. Nonnullos tamen patribus majores extitiſſe creditur. Quemadmodum olim ille fuerat, cujus corpus (terræ motu in Creta rupto monte) ſtans quadraginta & ſex cubitorum inventum eſt. Et adhuc Oreſtis corpus (oraculi refoſſum juſſu) ſeptem cubitorum fuiſſe traditur. Sub divo etiamnum Claudio, Gabbara proceriſſimus homo, novem pedum & totidem unciarum ex Arabia advectus viſus eſt. Et ſub divo Auguſto Puſonius & Secundilla duo ii, priori ſemipede addito extitere: Quantos eorum parentes

fuiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

fuiſſe nuſquam proditum eſt. Nec ab re id quoque admonuiſſe hoc in loco eſſe quis putaverit, Æthiopas octona cubita longitudine aſſidue excedere. In Indiæ locis quibus umbræ haud jactantur, ad cubitorum quinum & binorum palmorum proceritatem hominum corpora adcreſcere. Pleroſque aliis ejuſdem partibus quinum cubitorum longitudine evectos tradunt, eoſque non expuere, non capitis, non dentium, oculorumve (ſed & aliarum corporis partium paucies ac rarenter, tam moderato ſolis vapore) ullo dolore affici. Illic eorum philoſophi (quo magis miremur) quos Gymnoſophiſtas nuncupant, ab exortu ad occaſum immobilibus oculis ſolem contuentes, alterniſque pedibus ferventibus arenis inſiſtentes, perſtant. Illic maxima gignuntur animalia. Canes cæteris grandiores indicio ſunt. Eo loci arbores tantæ proceritatis ſunt, quo ſagittis ſuperari nequeant. Sub una ibi ficu equitum turmas condi. Arundinum ibi ſingula internodia alveo navigabili idoneo, ternos interdum homines convehere, illuſtriores prodidere. Quantacunque tamen cujuſque à veſtigio ad verticem proceritas fuerit, eam ſparſis expaſ-

expaſſique manibus inter longiſſimos digitos eſſe obſervatum eſt, natura in homine orbem undique effingente effigianteque, unde merito microcoſmus dici queat. Quantuſlibet etiam unuſquiſque ſit; in trimatu ſuo dimidiam ſtaturæ menſuram obtinuiſſe, haud cuipiam ignotum eſt. At quævis quantitas cuique in utero fuerit, in ſemet conglobatus homuncio ſic geſtatur, ut naſum inter genua, ſuper hæc palmas, ſuper has ocellos, aures extra genua habeat. Cui caput primum ſurſum, facie ad ſpinam (matris) verſa, tergore ad ſumen eſt. At cum increverit exitumque appetat, deorſum reclinatur. Egreſſus hujus gratia, rerum parens, (quippe qui in caput commodius ederetur) ſic ſituandum in utero duxit. Cui ſane vulvæ cum tres natura vires indiderit; Primam qua genitale viri hauriat, quam attractivam cognominant: ſecundā qua contineat, quam retentricem appellant: tertiam qua partum ſecernit, quam expultricem nominant; Altera alteri quam oportune & miro quodam ordine cedere viſitur. Nam quum attractiva ſuo perfuncta eſt munere acquieſcit, atque retentiva functionem implet ſuam: quæ circiter no-

vem

vem menſium tractum mature (rebus decenter geſtis) finitur, quod ſi incommodum circa fœtum, ejuſve involucrum acciderit, per id temporis ſpacium haud quaquam opperietur: ſed ocyus uti opus fuerit ab illo deſiſtit officio, ac expultricem vim (utpote quæ antea ocioſa fuerit) ut proprio fungatur munere evocat excitatque. In quo plurimum naturæ ſagacitatem atque induſtriam admirari convenit. Quod ſi nullum inciderit vitium, tantiſper donec ad novẽ menſes, vel circa, ventum ſit, interquieſcit. Exinde exurgit, proindeque uteri os dehiſcit, quo tempore ut paulo antea diximus, partus jam grandævus palpitans, ut in lucem prodeat, inferius ducitur. Quamobrem properante partu viginti dierum tractu, ejuſdem difficultas, quam plurimæ cauſæ moliri queunt, ſic emendanda cenſetur. Principio mulier admonenda eſt, ut ædificio perlucido aerem calidiuſculum habente habitet, in deliciis lætamque vitam degat. Somnus, vigilia longior ſit, pinguibus carnibus, paſſulis, caricis, caryotis, mollientibus oleribus, veſcatur. Vina neque generoſa admodum, neque dilutiora, alba, prædulcia potui dentur.

Car-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Carnium jura pinguia ſorbere utile eſt. Geſtationes etiamnum navi vel in portu, vel in flumine, vel in alto mari (utpote quæ vehementiores ſint) aut vehiculo quæ acriores, aut equis, uſui ſint. Ac ſeſe mulier alioquin pila ambulatione ve(quę quidē ſi non utiq; plana commodior evadet, quandoquidē aſcenſus deſcenſusq; quadā varietate corpus longe magis quatiat) curſu præterea, exerceat. hujus quippe exercitationis, rectæ magis quam flexuoſę, & ſub divo in umbra (non apricis locis) quam parietes aut viridaria jactent, finis, citra fatigationem laſſitudo ſtatuenda eſt. Concubitu per tempus id aſſidue utatur. Eadē ratione partus difficultatem mulcet eclegma: quod habet dactylorum uncias treis, mucilaginis ſeminis lini, mucilaginis ſeminis cotoneorum, ſingulorum ſemiunciam: Seminis pæoniæ, cinamomi, ſingulorum dragmam: Caſiæ ligneę, croci, ſingulorum ſemidragmam: Pulveris peucedani obolum, oſſis de corde cervi grana ſex: iis contritis zuchari albiſſimi ex aqua ſavinæ diſſoluti, quantum ſatis eſt ad ea mollienda atque cogenda adiiciatur. Fotu eadem lenitur, qui ex iis conſtet: florum chamæmeli,

meli-

melilotique,foliorum malvarum ac biſmaluæ & violarum, ſingulorum manipulus: Seminum lini, ſeminum cotoneorum, fœnigræci, ſingulorum uncia: radicum liliorum alborum manipuli bini. Hæc quum ex aqua ad tertias deferbuerint, exinde abdomen ac ſpina una utiliter ea aqua foventur. Deinceps ădipis anatis, olei liliorum alborum, olei ſeſamini ſingulorum uncia, mucilaginis ſeminis cotoneorum, mucilaginis ſeminum lini, mucilaginis ſeminum altheæ, mucilaginis fœnigræci, ſingulorum ſemiuncia,ex cera alba recte illinitur. Balneo uti fortaſſis non parum prodeſt, quod conſulto prætermittimus. Caninũ etiamnum lac epotum efficaciſſime maturat. At tria * illa quæ nos ipſi quotidiano experimento præcipua præſidia obſervavimus,jugiter diebus ſingulis ad partus uſque diem uſui ſint, quanquam facilior enixus cenſetur, ſi quidem tam gravidæ mulieris corpus quam pueri validius extiterit.

* *Eclegma nimirum & balneum, vel fœtus ac linimentum:ita ut unius ex his quotidie uſus ſit.*

1 *Quo menſium numero, quo ordine, quid interim obſtetrice agente partus edatur.*

2 *Quibus præſidiis partum acceleremus. quibuſque ſecundas, & emortuum fœtum pellamus.*

3 *Quo demum pacto enixus puer pelluendus, vinciendusque ſit.*

4 *Cujus lacte primum lactandus: qualiſque nutrix eligenda.*

5 *Cur ſeptimo ſole, communi uſu nomina imponantur.*

6 *Quo tempore dentiat, & remedia.*

CAPUT VIII.

INſigne inter eximia naturæ miracula, & cui aliud ullum neutiquam comparari, ac nihil æque conferri poſſit, illud unum ſupra modum emicare creditur: quod cum novem menſium tractu uteri os arctiſſime obſepſerit ac ſigillaverit: exinde partu perfecto ſuopte ingenio non modo idem vulvæ oſtium adaperiat, verum & pectinis oſſis ſpectatiſſimam (ſua vi reluctantis reſilientiſque) conſerratam ſuturam, ut ita dixerim, non ſine perpeſſæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

mulieris grandi incommodo, adeo * objugat, ut infans citra noxam ingenue edi queat, edito mox ſejunctas (pectinatim coituras) oras revinciat. Aliud etiamnum mirabile vulvæ artificium extat, quod in ipſo enixu, imum ſui propius ori (quoad potis eſt) partum foras abigens, ſubnixe accedit. Una autem & cum eo operi huic patrocinantes continue partes, quæ veluti latera ſunt, fœtũ premunt ac circumexpellunt. Quamobrem pleriſque mulierum, ob violentam preſſuram (vulva excretiva vi immodice perfuncta) coacti uteri excedere. Simile utique ei quod in palæſtris evenit: cum enim alios evertere ſubmittereque totis viribus ſtudent, immodice innixi ſimul cum iis proſternuntur. Vulvas autem procidentes potu, vel ſuffitu, vel ſubjectu, ariſtolochia, maximeque tenuis, inhibet. Nec non cupreſſi, coſti, ſpicæ celticæ & nardi, myrrhæ, roſarum, baccarum myrti, balauſtiorum, calycum glandium, ſorborum, meſpilorum, æquis portionibus tuſorum, ex vino nigro auſtero decoctum, inſidentibus maxime prodeſſe compertum eſt. Mox ſiccatæ vulvæ, gagatis, thuris, balauſtii.

* *abiungat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

lauſtii, gallæ, antimonii, acaciæ, aluminis, baccarum cupreſſi, pari pondere, ſubtiliter attritorum pulverem, apprime obſipat. Demum manibus dexteritate eam inige, munimentiſque coerce. Ex quibus quoque & ſuffimenti, pari uſu non inutile ad vulvas præclare cohibendas, genus habetur. Vulvas etiam procidentes, butyrum infuſum, ſiſtere tradunt. Fimi è mare bove ſuffitio reprimit. Arietis vellera ſuffitu eundem uſum præſtant. Sed quonam menſium numero recluſiones haſce natura moliatur, peritiores etiamnum ambigero dilucet. Ob id cum cæteris quidem animantibus, & pariendi & partus ſuos egerendi tempus ſtatutum ſit: mulieri uni incertũ ac multiplex datum eſſe conſpicuum eſt. Quo fit ut homo toto anno, & incerto ſpacio enitatur. Alius nanque menſe ſeptimo, alius octavo, alius nono editur:atqui ante ſeptimum, haud unquam vitalis eſt. Qui enim ſeptimo menſe abigitur, primus hic(quãquam morbidior) vitalis exit, non niſi pridie poſterove plenilunii die, aut interlunio conceptus. Hanc profecto primã humani partus perfectionem, quaſi quidam maturitatis arbiter (uſque eo

 fœcun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

fœcundus extitit) ſenarius numerus abſolvit. Etenim ratio ſub aſciti ſenarii numeri multiplicationem procedens, ſeptem etiamnum menſes (fœtationi alioquin frequentiorem novem menſiũ, certo nihiloſecius numerorum modulamine uſum natura conſtituente) obſoletius uſurpari pepulit. Nam duos numerorum omnium primos cubos à pari octonarium, ab impari vicenum ſeptenum, & hunc marem, illum vero fœminam, quam breviſſime abſolutiſſimeque antiquitatem expreſſiſſe inclaret. Coeuntibus iis quinque & triginta contexi aperta ratione conſtat, hicque ſexies multiplicata, decem & ducentos (qui dierum numerus ſeptenum proculdubio menſem claudat) concreare & in confeſſo & luce clarius eſt. Qui equidem ſeptenarius numerus, quantæ religionis, quantæque potentiæ apud priſcos fuerit, ipſi viderint. Huic virginitatis opinio (utpote qui duplicatus nullum ex ſeſe, qui intra denarium primum numerorum limitem coarctetur, numerum pareret) uſque adeo * exolevit, uti Pallas quoque vocitaretur: quia perinde atque Minerva uno duntaxat parente

inolevit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

rente nata, ſolius monadis fœtu proceſſiſſe perhiberetur. Mitto celebratiſſimam illam triplicem hujus contexionem: qua ſane alium nullum numerum tam varia majeſtate eſſe fœcundũ conſpicuum eſt. Mitto mundanæ animæ ex hoc ipſo primam generationem, ac cætera quæq;, quæ ſanctionis noſtræ modum, oppido quam excederent. At quia tractatus noſter quicquam ſemel ingreſſus non facile ſine culpa alio digredere-tur, hinc ad partum à quo digreſſi ſumus redeamus: quem imbecilliorem, atque admodum † quam effœtum, per id tempus extrudi in aperto eſt. Quocirca faſciis alligatur, atque cunabulis & * lana iis obvolvitur. Cui interdum inſiſſi aut aurium aut narium meatuli gignuntur. At accreſcenti puerperio, & digeſte dearticulantur & concinne ſuam formã recipiunt. Sed & pleroſq; ſeptimo menſe natos, & vixiſſe & adoleviſſe compertum eſt. Quin etiam & menſe octavo (tranſlatitium) in Ægypto vitæ compotes gigni traditum eſt: atque aliis quibuſdam ſolis, ubi mulieres fœcundiores validoreſq; extiterint. At Italiæ locis haud quaquã ſuperſtites ſunt. Itaque

† *tanquam.* * *lanitiis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

non ſolum menſe octavo nati haud vivunt: ſed etiam ipſis intermortuis, periculum non mediocre, quæ pariunt, ſubeunt. Nec deſunt qui hujuſce rei cauſam in immodicum Saturni algorem ſiccoremque inaniſſimo commento referant: quando tamen qui à Saturno Saturnii nuncupantur, & optime degant plerique, & maxime valeant. Nos Hercules cum Gal. lunæ circuitibus pene ſeptenis, ſeptenis menſibus peractis, nihil quicquam inde puerperio defuturũ exiſtimamus, quippe quod ſarcte per id tempus cuncta aſſecutum ſit: ob id in lucem prodire totis viribus periclitari, quæ ubi materia deficiente ſuperſint, ſepteno menſe, fœtetur neceſſe eſt. At ubi materia & vires æqua ſorte ſeſe contexuerint, opperietur, juſtoque partu enitetur. Ex adverſo ubi materia redundans, viribus victis ac flaccidis compareat, ſepteno ortum menſe pertentat, octavo tenue ac morbidum, ita ut ſtatim pereat extrudatur, operæprecium eſt. Quo parente incommodo vexata plerunque ad immanem mortem, immaniter compellitur. Unde fit ut ſi quis vitæ compos evadat, non octavo menſe natus æſtimetur, quamvis jam quidem & in Ita-

in Italia tales partus vitales fuiſſe plerique prodiderint. At nono menſe, in caput, exquiſite parente perpurgata naturaliſſimus fit partus. Qui vero diuturniores naſci, quam nono menſe (utpote decimo, undecimo, duodecimo, tertiodecimo, quartodecimoque) pervicaciter aſſeverant, me judice plurimum hallucinantur. Etenim conceptus initium mulieres plerunque delitеſcit, ac præterit: ut ſi cum ante uterus (ut ſæpius accidit) intumuerit faſtigiatuſque fuerit: poſt deinde concubuerint & conceperint, id ſane ſui conceptus initium (utpore quod ſimilia indicia attulerit) conſtantiſſime ſpreta, repudiata, calcataq; aliorum quorumcunq; reputatione arbitrantur atque rentur. Attamen ad decimi undecimique menſis initia uſque nonnunquam (tametſi rarenter) ventum eſſe, fortaſſis nec rationi diſſonat, neque priſcorum opinionibus ingruere videbitur. Quinimo (ſi ipſis credimus) id ipſum fateamur oportet, quandoquidem ſpatia hæc ipſi ita digeſſerint, ut afformationis tempori duplo adjecto moveatur (ut antea monuimus.) Quo nimirum duplato, cum duobus iis primis ſpaciis, aut motus tempore tripli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

cato, primo illi afformationis tempori junćto, quod eſt primum afformationis tempus, ſeptuplare juſtũ pariendi tempus conſit. Verbi gratia: Triginta diebus afformatus, ſexaginta dierum ſpacium (illi duplum) additum, nonaginta dierum numerum implet. Quo dierum numero puerperium movebitur. Cui ſi centum & viginti dierum tempus (ſexaginta dierum tractui duplum) adiiciatur, menſium ſeptem numerus, quo partus tempore in lucem edetur, exurget. Vel ſic: triginta afformationis diebus ſtatutis ſexaginta dierum (quippe quod motionis tempus ſit) numerus triplicetur, centum octoginta dierum numerus conflabitur. Cui triginta primis ſolibus annumeratis ducenti & decem dies aſſurgent, qui ſeptem duntaxat menſes conſtituunt. At ſi computationem brevius aſſequi velis, primũ afformationis tempus ſeptuplato, iidem enim menſes proveniant, ut cuique liquet. Quibus nempe diligenti examine reputationibus exactis, partus qui triginta dierum tractu afformatur, ſeptimo menſe. Qui trigintaquinque, octavo, quinque noni menſis diebus adjectis. Qui vero quadraginta dierum numero affor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

afformabitur, menſe nono & decimi decem ſolibus peractis. Qui quadraginta & quinque, (maximus ac productiſſimus afformationis terminus, & ob id nemo diuturnior alter naſci poteſt) decimo quidem menſe & adhuc undecimi diebus quindecim elapſis, eniti par eſt. Qui vero intercidentibus dierum numeris ſui formationem ſarcte aſſecutus eſt, intercidentibus pari uſu menſibus in lucem prodibit. Quo fit ut alii in menſium initio, alii occidente menſe, in medio alii. Alii initio, fini nonnulli propius. Alii interdiu, noctu alii, ut afformatio non unum ſed varios, nec illos quidem perpetes (quandoquidem haud ſemper dierum numero completo at jugiter die alterata, initiata, dimidiataque) fines obtinuerit, naſcantur. Hinc profecto tanta naſcentium (quæ non minus ſuperiori reputationi reſpondeat) temporum diverſitas contigit. Sunt qui adeo certam parturitionis tempeſtatem ita monſtraſſe arbitrentur, ut inani delibuti adorea, priſcos etiamnum aculeis cæcutientes ipſi tangere (in quo ſummum recentiorum opus diu fuit) * auſerint: ceu vero non alii hujuſce doctri-

* *auſi ſint.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

næ veri cultores extarent, quando tamen autores rei huic diverſis in locis varia obſervando, mox in iiſdem diverſa prodendo (raro unius ſententia cum àlio congruente) difficultatem non vulgarem addiderint. Quorum ſane (ut mihi perſuaſum habeo (languida flaccidaque autoritas facta eſt, ac paulatim in ſterilitatem (evalentes gnaros conſulentibus) majeſtas prorſus emarcuit. Accedit quid ni confeſſa temporum motus obſcuritas, nunc præveniente nec paucis diebus (quorundam præſagio) nunc poſtveniente. Primum igitur omnium dierum ipſorum puerperii quietis, ſubindeque motionis numerus, unde fœtificandi termini † certiſſant, prope inexplicabilis eſt, Ariſtotele circiter quadragenum diem motum augurante, Hippocrate illicet interdũ fabricæ tempus triplicante, nonnunquam duplicante. Ita fit, ut fere certa horum omnium tempora tradi non poſſint. Ex quo illud proculdubio evenit, ut nos ipſi iis commentationibus hucuſque addubitare non ceſſaverimus: idque non nobis tantum accidere putandum. Nam & alios quoque circa hæc ſagaciores reputatio

† *certiores eſſent.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tatio aſſiduè fefellit. Porro cæleſtem fœturæ præſagitionem imperitiæ noſtrę ſpes ardua immenſaque miſceri poſſe, attamen prægrandi doctrinæ emolumento contemplanda. Prius nihilominus temporum motus difficultas, quam ejus ſcientiæ periti, ſubtiliter iſta (ut par erat) conſectati, pro naturæ hominum novitatis avidæ more, arctius excubantiuſq; adaperuere, contemplationi ſubjicienda eſt: quo exinde lætior à motu mens diſcedat, & facta prædiſcat, quæ futura agreſtes literarumque expertes prænoſci poſſe minime norint. Veram igitur rei creperæ ſecum naturæ argumentum aſſerentem interpretationem, & tum Hippocratis nunquam ſatis laudati, tum Galeni obſervationem nobis ſequi magis libuit: quandoquidem hos univerſa hæc ſtatis temporibus obtingere prædixiſſe haud incognitum habeam. Id protinus in hac contemplatione intervenit, conceptæ ſpei ordinem interturbare viſum. Ariſtotelē homunculi motus quadragenum diem præſignaſſe: quippe qui paucis momentis quam abſolutus ſit adeo validum robur ſibi continuo vendicet, ſitque & fabricæ & motionis juge tempus. Mirum nempe di-

pe dictu, ut qui modo informis, indigeſtaque moles præeſſet, mox jam brevi temporis curriculo præmoveatur. Hoc qui non meminerit, trifariam ſeſe fœtũ vibrare concipi poſſe, miretur. Aut enim ſuapte natura nullo vibratiunculas perparvuloſque ictus (utpote admodum quam abditos) ſenſu, ratione duntaxat attingente, immovetur, quam nimirum naturæ penetralia rimantis perquiſitionem eſſe quis inficietur? Quo equidem modo Ariſtotelem ſanxiſſe conſtat. Etenim ecquis adeo male animatus autorem alioquin graviſſimum, vix conceptum abſolutumque partum, non niſi leviſſimo ſe dimoveri motu, deliteſcere opinetur? Immovetur profecto, quoniam ei & motrix animula pariter atque vis inſita ſit. Is demum ob id quod victa fœmella calidior, & humectior, minus (quæ certe quantum præſidii, quantumve patrocinii præmaturiori motui afferant, argumentis præterquam nuda autoritate deprehenditur) mas jure cenſerur. At uſque adeo exiliendi vigorem indeptus eſt, uti & emoveatur, & cum materno & intimo, tum etiam alieno exterraneoque ſenſu ſaltiunculæ apertiſſime concernantur, quales profecto Hip-

Hippocratem puerperio afformationis tempus ter repetentem aſciviſſe plane credimus. Quæ res quamquam ſenſilis, iccirco ad medicum ſpectans: quia tamen nihil ad fœtificationis vaticinationem proficit, ideo omittenda. Inde ſenectæ illius (quam paulo ante prætexuimus) orſi ſectatores fundamenta (quantum mea fert opino) jecere. Eo, ni fallor, quod ab Hippocrate proditur, partum à conceptu tertio menſe, qui primo fabricatus eſt, dimoveri quarto, paulove tardius ubi quadrageno ſecundo die abſolutus fuerit decepti. Quamvis nullibi apud ipſum ex hoc ipſo motus tempore partum augurari liceat, quoniam hunc quidem, terno deno menſe, illum vero nono, prælato dierum motus † comptu, cum eo qui ad fœturam attinet, ab eodem autore epidemiarum volumine ſancito collato, natum iri fateri cogeretur: Ipſo nihilo ſecius, triteri cogeretur: Ipſo nihilo ſecius, tri-ceno quino die afformatum, menſe ſepteno, quadrageno quino nono, in lucem erumpere monente. Quapropter hæc vel ratione contra tã ſpectatos viros (quo ſecius vetuſtatis artium parentis reverentiam admodum quam inſolenter

† *computo.*

lenter verberemus (veri conſcios excepiſſe, venia ſit. Aut poſtremo inter utrunque motus intelligitur, non quo abditus prorſus deliteſcat, non quo extimus tactus, alienuſque viſus plane incognoſcat: at quo fœta duntaxat (utpote quæ molliter icitur (diligenti animadverſione adhibita, non adhuc cæteris motione externis fœnerata, perſentiſcat. Quomodo Hippocrates quoſdam ſeptuageno, nonageno pleroſque, partus præmoviſſe, cuique commemoraſſe liquet. Neque eatenus fabricæ ſpacium triplicaſſe opinandum, quatenus nonagenum dierum tractus, tricenos ter cõprehendat: quandoquidem idemtidem de ſeptuagenum ſpacio concinna verborum ſerie perhibuiſſe annuere operæprecium eſſet. Aſt quis illi ſubtriplum (quod afformationis tempus ſtatueretur) vicenum trium ſolium, & dieculæ partis tertiæ tractum non novit? Ecquis denique in vetuſtiſſimi medici decretis, puerperium tam anguſto dierum lapſu fabricatum iri unquam lectitavit? Quo fit, ut & qui nonageno ſole, eo quem modo prædiximus, vibratur, quadrageno quino afformari: & qui ſeptuageno, triceno quino, ſarcte præmonſtretur.

Unde

Unde fabricationis tractum eo autore duplari ad ſaltiunculas motiunculaſque explorandas prænoſcendaſque in propatulo eſt. Quod equidem Halyabas oppido quam liquido expreſſit. Itaque cujus triceno fabrica ad integrum perfecta eſt, iis ſexageno ad maturiorem aſcitus motionem præſciri poteſt: cujus vero triceno quino, ſeptuageno. At deinceps unuſquiſque motum fabricaturæ tempore bis repetito haud dubie auſpicatur. Quo ſubinde triplato (quod eſt primum formaturæ tempus, ſexcuplare) cum Hippocrate, Galeno, Halyabate fœturam conſtanter præſagire valemus. Quare non inepte Macrobius, locuples autor, in utero futuri partus diſcretionẽ Hippocratem dignoſci ſanxiſſe, contra quam recentiores medicæ rei profeſſi ſenſerint, citavit. Quippe qui eo dierum numero, quo conceptus præmovetur, ter multiplicato (ut ſi nonageno ſole, nono menſe: ſi ſeptuageno, ſepteno) partum foras excerni multo vigilantius obſervaverit. Idq; principio in hac reputatione præcellere (quod inter omnes convenit) perpetuo quiſque noverit. Non in ipſis temporum articulis: at plerunque præpropera, interdum

terdum præpoſtera fœtificatione, hæc ipſa pro cujuſque natura, vi, alimentoque evenire, magno argumento, quoniam mas fœminaque diſcrimine illo proculdubio diſſentiunt, quod eodem naſcituri menſe protinus ab initio mas, fini propius fœmella pene extruditur, quandoquidem hæc tardius, ille maturius, (ut retulimus) matureſcat: hic robore viget, illa ſuopte ingenio victa languidaque flaccet. Quas ob res marem ocyus, fœmellam ſerius edi par eſt. Nec te remordeat, Halyabatem poſt triplicitatem, partum elidi exaraſſe: quoniam de partu fœmella excidua intelligendũ eſt, alioquin autorem ſibi ipſi adverſaturum: quandoquidem naſcituram ſeptimo menſe puellulam, triceno quino die fabricatam, antea prodiderit, quam non poſt; quinimo intra ternam temporis motu (quippe quod ſeptuagenum dierum tractu præfiniatur) multiplicationem fœtari nemo quiſquam eat inficias. Ex quo evenit ut illud magnopere cuſtodiendum ſit pręcocibus maribus poſt ternam repetitionem, menſiſque initio propiorem ſerotinis fœmellis citra eandem, finique quam citimum (ſerius formaturam nactis) ortum fieri.

Idque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Idque à diligentioribus obſervatum evelatumque excipias. Porro marem qui triceno ſole afformatum iturus eſt, & fœminam quæ triceno quino (ſiquidem longioribus temporum impendiis ad munus id ut monuimus explendum indiga ſit) hoc ipſo † comptu obſervato, ſepteno menſe ſuboriri, hancque ſeptuageno ſole, illum ſexageno motu potiri certum eſt. Octono menſe in lucem prodituris, mari quidem ſeptuageno die motio, fœmellæ octogeno: huic quadrageno fabrica, illi triceno quino, peroportune conceditur. At menſe nono naſcituri, mas quadrageno, fœmina quadrageno quino fabricatum itura eſt: hanc nonageno, illum octogeno ad motum vires excipere obſervatum. Ob id Galeno partum quadrageno afformatum, octogeno præmotum, haud eſſe tum, ſuperſtitem enunciante. Non de mare, quippe qui nono menſe vitæ compos exeritur: at de fœmella quæ octavo menſe, proindeque morbida ac minime victura extruditur, prodidiſſe exiſtimandum. Demum marem, qui quadrageno quino afformatus viſitur, nonageno vibratus, deno fœtari menſe (allata reputa-

† *computo.*

putatione) perſpicuum habetur. Quo naſcituram fœmellam menſe, centeno ſole præmoveri, quinquageno fabricam moliri operæprecium fore, in aperto eſt. Simili quoque modo partus interſitis diebus & afformationem aſſequi poſſe, & eandem pro cujuſq; natura tum motionis, tum fœtificationis rationem ſortiri non negaverim, quibus & fabricandi & naſcendi ſtata nec rationis incompertæ tempora eſſe palam eſt. Etenim ii naturæ non ignotam legem, etiamſi nec dum commemoratam obtinent ſubeuntque. Sed quonam pacto mas fœminaque variis fabricari, variiſque moti temporibus, eodem nihilominus menſe in lucem erumpant, dubitationem habet. Iis vero, qui exactiſſime eorum quæ retulimus meminerint, nulla penitus ambiguitas, nullaque mentis diſtractio. Nam & ſi menſe eodem connaſcantur, diſpari tamen ſorte, quando hæc quidem fini, ille vero initio propius: quam certe ortus varietatem, priores antedictæ haud dubie pepererunt. Hi termini ſunt in quos fœturæ tempora (exterricineis non etiam ignota) periti examuſſim digeſſere. Et quanquam varia in hoc vitæ pro cujuslibet animo ſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſententia: Attamen quicquam nova inquiſitione perdiſci, veterum inventis omnino calcatis, opinari cæcæ ſubtilitatis eſt. Nec quiſpiam miretur in partuum quoque interpretatione eo ſcientiam profeciſſe, uti ventura etiamnum finito die præcinant, quando iis longe peritiora * ventuque magis ardua (de quibus obſervationes prodiderint) exquirere ſemper curæ fuerit. Quæ tamen haud æque in priſcorum diligentiæ admirationem animum agunt, atque ea herbarum quadrupedum pabulo prorſus intactarum, ſecluſa, quæ invia montium culmina, abditas ſolitudines, omneſque terræ fibras ſcrutati, ad ſalutis uſus vertentes invenere, quæque eoſdẽ nimirum Deorum numero addidere. Cæterum ſcrupuloſius hæc quam inſtituto fortaſſis operi conveniat, tractavi, quæ non minus, tametſi ex priſcis præcerpta (ut rerum naturæ libuit) aliis certa, aliis dubia, aliis approbanda, pleriſque damnanda facile exiſtimemus. Nos vero ea ratione haud perterriti ſopitique, cætera quæ in iis memoratu digna extant cominus ad hæc graviter exequemur. Igitur quacunque hora uterus puer-

* *inventuque*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

puerperio jam grandeſcenti uberem (utpote qui emunctus ſit) alitum haud ſuppeditare quit: quo etiamnum tempore hauſtus à parente aer (affluenti eventatione indigo) minime ſuppetit, & acetabula quæ primo conſpicua fuere, ſubindeque minora redacta abolentur, atque ex toto obliterantur, partus aliunde tum alimoniam, tum eventationem quæritans, ad exitum ſeſe convertit & parat. Hoc ipſo tempore mulieribus vehementiſſimi labores, & multas quidem in partes, in alterutrum femur plurimis, aliis in lumbos, quę vix pariunt: quibuſdam in imum ventrem, quæ facilius, incumbunt: Iiſque potiſſimum, quæ ſtabiles & ſellulariæ, & quibus non bona latera ſunt: quibus etiam ſpiritus retinendi facultas aut nullo modo aut triſtius ſuppetit, incidunt. Quos cum primum mulier præſenſerit, dictamni folia ex aqua præclare dantur, unius oboli pondere. Si etiamnum emortui in utero infantes fuerint, ſine puerperæ vexatione protinus reddi conſtat. Simili modo Pſeudodictamnum, ſed tardius prodeſt. Cyclaminos adalligata, ciſanthemos epota: item betonicæ ſcobes ex aqua mulſa eundem præſtant uſum. O-

mnia

mnia proinde hæc, atque ſcordotis ſucci drag. in aquæ mulſæ cyathis quatuor partus accelerant. Cinnamomi etiam & caſtorei, myrrhæ, ſtyracis, ſavinæ, ſingulorum ſcrupulus ex melle utiliter lingitur: à linctu hora, boracis mineralis ex albo temeto odorato dragma recte ſorbetur. Ex ſorptu (ni partus eiiciatur) geminis horis croci dragmæ binæ ex mero albo commode bibuntur. Abdomen artanitæ ſucco illinire mire prodeſt. Aſparagi radix femori alligatur. Quæ omnia, ne ſanguis immodice affluat partu enixo abiicienda ſunt. Quin & ex ejectis capillus illigatus celeritatem facit. Partus etiamnum acceleraſſe (ceu vero id verum eſſet atque non fabuloſum) produnt, ſi vir ex quo quæque conceperit, cincto ſuo ſoluto fœminam cinxerit, dein ſolverit, precatione adjecta ſe vinxiſſe, eandem & ſoluturū, atque abierit. O rem (ut reor, nec hallucinari puto) ſpectatiſſimam riſu, vix enim talia magorum commenta ſerio complecti contingit. Nec ſecius difficiles partus confeſtim ſolvi autumant, quopiam tectum, in quo ſit gravida, lapide miſſilive, ex iis quæ ſingulis ictibus tria animalia, hominem, aprum, urſum inter-

interfecerint, tranſmittente. Quid ni vitæ remedia in millium millibus annorum non reperta demonſtraſſe irridere eſt? Identidem velitarem ab hominis corpore evulſam haſtam (modo terram non attigerit) illatam probabilius moliri: Adipe ex hyenæ lumbis ſuffiri difficulter parientes, & quam mox parere. Quomodo & ejuſdem lævum pedem parturienti ſuperlatum funebre exiſtimant. Ex adverſo, dextro illato, perquam facile ocyſſimeque eniti. Idem & iis ex illius ſpina oſſa ſalutaria cenſentur. Chamæleontis lingua adalligata, puerperii pericula tollit. Eundem quoque parturientibus circa domum ſalutarem ajunt: Sin domibus inferatur, perniciosiſſimum prodidere. Carnes lupi ediſſe parituris prodeſſe ferunt: aut ſi parere incipientibus, qui adederit, juxta ſit: contra, eundem ſupervenire exitioſum. Lacte ſuis poto cum mulſo, mulierum fœturæ adjuvantur: atque fimi è mare bove ſuffimento. Membrana è canum ſecundis (ſi tellurem non pertigerit) partus evocat. Quæ anſerinum fimum cum aquæ cyathis duobus ſorbuere, aut ex utriculo muſtelino per genitale effluentes aquas, facilius eniti

credun-

creduntur, guſtatu quidem turpe probroſumque, effectu vero perquam utile. Cochleæ in cibo ſumptæ accelerant partum. Amphisbæna vel mortua idem præſtat. Anguium ſenectus lumbis ſuperilligata, protinus à puerperio removenda. Dant & in vino bibendam cum thure, alioquin ſumpta abortum ciet. Baculus quo angui rana excuſſa ſit, parturientes adjuvat: atque penna vulturina pedibus ſubjecta. Item ſiluri ſuffitu, præcipue Africi, faciliores partus fieri dicuntur. Mirum & quod de torpedine invenimus: ſi capiatur cum luna in Libra fuerit, triduoque aſſervetur ſub divo, faciles partus facere, poſtea quoties inferatur auxiliari. Et paſtinacæ radius adalligatus umbilico, ſi viventi ablatus ſit, ipſaque denuo in mare dimiſſa, idem moliri exiſtimatur. Ubi etiamnum partus ſtrangulet, cancri ex hyſſopo poti, præclare adiuvant. Deinceps iis autem omnibus aut quibuſdam (ut cuique libitum fuerit) ita molitis, perſpicacis ingenii, ſpectatæ intelligentiæ atque expertæ peritiæ obſtetrix advocetur: cui non mox mulierem exurgere, in ſedeve collocare cura ſit: at prius uteri oſtiolum, quod equidem cunctim dehiſcit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

hiſcit, pertingat, ſenſimque premendo minimum digitum inigat, ſubinde jam (paulatim tamen) magis ac magis os dilatet: quod fatiſcere perpendens, emplaſtro de mucilaginibus ſupra præſcripto capite ſeptimo uteri cervicem (ut lubrica reddatur ac ductilis magis, quo facilius partus exiliat) uberrime illinat. Quam ubi induratam comperiat, bubulum fel, roſaceo admixto injiciendum eſt, vellere foris cum reſina terebinthina impoſito, eximie adaperiente. Quibus ad ejuſdem tranſitum hiantibus, gravidam attollere, in ſedeque collocare confeſtim jubeat: atque ut prompte infantem expellere tentet, eidem blandis verbis perſuadeat. Eſt autem munus id, quod ex ſe ipſa parturiens adiicit, non vulvæ (quandoquidem antea illius jam meminerimus) ſed muſculorum ventris, quos & ad excrementa ſecernenda nobis cooperari inclaruit. Plerunque vero diluta pallidiuſculaque ſanies ſi fœmina natum itura eſt: cruenta, ſi mas, præfluit. Cæterum maris ac fœmellæ partus diſcrimine illo interſtinguuntur: Quoniam hujus partus tardior, dolores etiam continui ac perpetes, ſed obtuſiores: illius celerior ſimul

& faci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

& facilior, ac acriores & lõge moleſtiores dolores. Equidẽ per tempus id reſpiratio pariter atque oſcitatio arceantur. etenim quæ oſcitavere, reſpiravereque, difficilius enituntur. Quod ſi interea dũ * vi retinere nititur coacta reſpirationẽ eruperit difficillime quidem: At veratri albi pulviſculo naribus injecto, ore naribuſq; apprehenſis, ſternuere cogatur, juxta Hippocratis ſanctũ: a *Mulieri quã vitia uteri infeſtant, aut quæ difficulter parit, ſi ſternutamentum ſupervenerit, bono eſt.* Sed ſi ob hæc infans minime edatur, paſtillo infra ſuffies. habet hic myrrhæ ſemiunciam: Cinnamomi, galbani, caſtorei, ſingulorum ſemidragmam: opopanacis dragmam: veratri nigri dragmas geminas: ex vaccino felle confice. Attamen ſuffitu non niſi urgente neceſſitate (ne obvius partus ſuffocetur, quod plerunque quibuſdam eveniſſe nos ipſi vidimus) utaris. Primum autem aqua illa ſubtercutem (quam antea commemoravimus) fuſa, puerperii motione membranulis interſciſſis, effluit. Mox fœtus ritu quidem naturæ in caput gigni mos eſt, quomodo pedibus efferri, brachiis quoque ad coſtas & ad femora

R diſten-

* *fœtum enititur.* a *Hipp. l. 5. Aph* 35

diſtentis, utero inverſo, ſecundiſque interna evolventibus, foras in lucem venit. In pedes ſane naſcentem pręcedere (quod æquo argumento Agrippas, quaſi ægri partus, antiquitas appellaverit) atque in alias pene innumeras figuras, contra naturã eſt: propterea quod partem ab umbilico ſupra, puerperia impendio majorem inferiore obtineant: majora autem plus ponderis habent. Itaque veluti in trutina pendentes eo vergunt quo trahuntur. At quacunque figura proceſſerit, an quod effuſum eſt, victurum ſit: an in utero præmortuum ſpirans tantummodo naſcatur, ſeptimã horam diſcernere diligentiores tradidere. quandoquidem ultra hunc horarum tractum, quæ præmortua ſecernuntur aëris halitum ferre neutiquam valeant. quem ubi quis ultra ſeptenas horas ſuperſtes ſuſtinuerit, ad vitam (alter ni forte, qualis perfectum etiamnum, quis caſus excipiat)creatus intelligitur. Quēadmodum & ſine ſpiritus hauſtu ultra eaſdem horas, ſine eſculentis ultra totidem ſoles (quibus accipiendis, & reddendis membra adiacentibus adſcitiſq; meatibus ſibi obſequuntur) maxima ex parte vitæ haud potiri obſervantiſſimū eſt, maxima ex parte adiecimus, quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

niam non perpetuo id evenit. Nam quo magis ac magis admiremur, non modo homini ante diem ſeptenũ lethalis incedia non eſt, verum & ultra undecimum pleroſque duraſſe certum eſt. Porro fœtu vitæ obnoxio, ſi ſecundæ quoque exciderint, vellere umbilicus à ventre quatuor digitis citra dolorem alligandus eſt, ac ſuccida lana ex oleo calido imponenda, ſuperiuſque præcidendus: cui venæ citrinæ, ſanguis draconis, ſarcocolla, cyminum, uſnea, myrrha, pari pondere contrita, ſuperimpoſita utiliter medentur. Qua vero deligatus eſt, cohæreſcit, ac pars jugis penitus decidit. Sed ſi copula amentumque diſſolvatur, puerperio ſanguine affatim effuſo protinus emoritur: quandoquidem infantem etiamnum inter naſcendum mortem obiiſſe ſæpius intueri liceat: quippe cui imbecillo, antequam umbilicus devinciatur, ſanguis ſit plerunque in umbilicum circaque ſuffuſus. Quanquam peritiores nonnullæ obſtetrices cruentum ſuccum intro de umbilico reprimunt, quo diligentiſſime peracto, infans qui modo exanguis exanimatuſque è vita excidebat, mox redivivatur, recreatur, vitæque reſtituitur. Verum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

& intercepto inter naſcendum halitu (æque quam ſanguinis profuſione) inſpirantem ac præmortuum infantem edi, columbarumq; pulli roſtro (quoad quiverit) pueri año immiſſo, quo moriendo intus ſpiritus relinquatur, in illiuſque vitam hæreat commuteturque morte, ſtatim liberari inter omnes convenit: Mirabili ante cuncta contemplatione. Quaſi omnium parens præſtantiſſima illa animæ auxilia ex anima alia eſſe voluerit. At ſi quando acciderit ſecundas haud continuo cũ partu exiiſſe, dum intus ipſæ, foris autem infans extet: vincto umbilico, ſupra diſſecetur, atque parte relicta ſecundæ amento femori (ne introcedant) vinciantur. Demum ſecundas morantes præſidiis iis, quibus & fœtum ac potiſſimum ſternutamento, remedio quidem præſentiſſimo, quam citiſſime fieri quit, exerere extrudereque oportet. Cujus Hippocrates non ignarus inquit: a *Si ſecunda procidit, ſternutatorio appoſito nares & os apprehendimus.* Sedulis item ſuffitionibus liberalius admotis, enixam ab incommodo hoc aſſerere non dubitamus. Quinetiam & panacis ſemen è vino potum, appoſitumque cum melle, pariter

atque

atque ejus radices appoſitæ, & ſecundas extrahunt, & vulvas commode perpurgant. Polemonia ex vino epota, ſecundas pellit. Centaurii maioris radix deraſa & appoſita, ſecundas & mortuos partus dejicit. At præcipua dictamno vis eſt, ut etiam tranſverſos (non modo emortuos) partus & ſecundas eiiciat, & ne in prægnantium quidem cubiculum inferendum, quippe quod abortũ cieat: bibitur ex aqua foliorum obolus. Nec potu tantum ſed & illitu, & ſuffitu valet. Quo præcipuo, dum hæc ederemus, cujuſdam mulieris ſecundam tribus diebus poſt abortum moratam, tandem divino annuente numine, pepulimus. * Molochis & ariſtolochia, myrrha & pipere additis pota ſubditave, & ſecundas & intermortuos fœtus ciet. Ciſſanthemos epota ſecundas pellit. Mandragoræ ſuccus appoſitus, daucum potum, uſum præſtant eundem. Scammonium potum vel appoſitum. Eryſimon cortice ex aqua pota emortua & ſecundas ciet. Itẽ radix è geranio peculiariter ſuccurrit. Artemiſiæ radix epota partus enectos & ſecundas extrahit. Eaſdem ramorum decoctum inſidentibus ciet. Item & folio-

* *Malvis.*

liorum dragma pota. † Cantillides duæ in vino epotæ ſecundarum moræ utiliſſimæ ſunt. Haud ſecus leporis coagulũ ſecũdas expellit, modo pridiana caveantur balnea: illitum quoq; cum croco & porri ſucco vellere appoſitum, præmortuos abortus. Eaſdem equinus lien ex aqua dulci epotus ejicit: item ungulę ſuffitus, aut fimũ aridũ. Membrana caprarum in aqua partu edito inveterata potuq; ſumpta in vino, ſecundas pellit, atque terreni vermes in paſſo poti. Succida lana impoſita ſubditaq; mortuos partus evocat. Ungulę aſininę ſuffitę partũ maturant, ut vel abortus evocetur, nec aliter adhibetur: quoniam viventem partũ ocyſſime internecat. Cancris ad purgationes mortuoſq; partus cum quinis lapathi radicibus cũ ruta, & fuligine, tritis & in mulſo potui datis Hippocratem uti proditum eſt. Denique verbenacæ radix ex aqua pota, ad omnia in partu aut ex partu mala præſtantiſſime cenſetur. Itẽ & betonicæ dragma in vino cyathis tribus, contra omnia vulvarum vitia, quæ à

partu

† *Cantharides forte: niſi quis Anthyllides malit. Sunt enim hoc nomine herbæ ſpecies duæ: à quibus tamen ſecundas educi nondum legimus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

partu fiunt recte bibitur. At quoniam in immodicas à partu duritudines, infeſtiſſimoſque dolores uteri aguntur, lupi adeps illitus, eos emollit, eorum dolores jecur diſcutit. Aſininum ſevum inveteratum, in vellere appoſitum, vulvarum duritiē mollit. Vitulinum etiā fel, ſi in purgationibus fuerit ſub coitu aſperſum. Caprarum fel, callum uteri, inſperſum. Duritias & collectiones, adeps anſerinus, aut cygni mollit. Nos præſentanea invenimus, ſquinanti decoctum croco adjecto ſorbere: œſypique ceratum, oleum liliorum remollitum abdomini, à tergoque coxendicibus calfactum apponere. Plerique vero non hoc ſane modo victura genitrice oriuntur, at jam enectæ parentis cæſo (unde cæſones dicuntur) utero gignuntur. Sicut Scipio Africanus, itidem & Manlius natus eſt. Infans vero, quem inter tot animalium genera natura nudum & in nuda tellure ad vagitus natali die abjecerit, mox quum exierit, nec antea, nempe quam egrediatur (tametſi cum difficulter foris caput, corpus totum intus fuerit) ab hoc lucis rudimento vocem emittit, flet, atque vagitat, manus in os quam primum ſerit: quippe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quia ſuppliciis (ob hanc duntaxat culpam, quia natus ſit) vitam infeliciter infelicem auſpicetur. Sed quod mirum eſt, & ætate noſtra nunquam viſum, editum infantem protinus in uterum reverſum, inter oſtenta enumeratum nonnulli (nec ignobiles) prodidere. Exinde recrementum (quod papaverculum vocitant) plus quam pro partus magnitudine colore cruentum, atque admodum atrum piceumve dejicit: quamobrem quia valde tenellus eſt, muria pauci ſalis, cui admixta ſint coſtus, ſumach, fœnumgræcum, origanum, eundem, præter os & naſum, circumluere diligentiores juſſere. Demum lavatrix manu dextra, lævo brachio ejus pectori adacto, eum prehendat, tepida aqua æſtate, hyeme calida, meraciore generoſove temeto, ovorumq; vitellis binis adjectis, à proluvie quacunque, nares digitis unguibus exciſis, perpurgando, anum minimo digito adaperiendo exquiſite pelluat. Quod plerunque bis aut ter in die (æſtu potiſſimum) facere conducit atque expedit. Deinceps vero lævigato linteolo madidum infantem deſiccet, ſingula membra levibus preſſuris afformet ac excultius effigiet. Veſicam, ut

lotii

lotii egreſſus facilior ſit, deprimat: Levibus pannis extenſus, brachiis ad coſtas porrectis, obvolvatur. Inſtitiſque, capitio capite operto, pervinciatur. In ipſius nares oleum coniiciatur. Denique capite elevato ſuper latus, quo melius pituitoſa materia ex capite expurgetur, cunabulo ſuaviter ſemicirculari motu quaſſo, ſuccentante quapiam, obdormiat: mellis per diem (primum ſcilicet) ſuctu contentus, nec niſi flenti propinetur. Demum uſque quo parentis temperatura priſtinæ naturæ reſtituatur, eundem nutrix infra eligenda, interdiu bis aut ter lactet. Tantiſper enim puerperæ lac in pumicis modum coit, quod coloſtrum appellatur, ac propterea infantes qui hoc lactaverint coloſtrati: ſed iis nutricis potius lac exhibere convenit, quando matris exitioſum ſit. Subinde maternum lac potius ſugat: quippe quod alimoniæ, qua dum in utero infans erat, alebatur, perquam ſimile exiſtat: muliebria nanque in ubera delata concoctione lacteſcunt, & ob id eidẽ vel maxime conveniens: quod etiamnum quotidiano experimento compertum eſt, propterea quod maternis mammillis puerperii ori admotis, alliciatur, ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

deniq; quæquæ eidẽ officerent, arceantur. Etenim à partu purgationibuſq; lactis copia excitatur, adeo ut pleriſq; non modo de papillis, ſed & paſſim per ubera, aliquibus etiã per alas, effluat: inpoſterum quoq; quoties nec concoquatur neque exeat, ſed redundet ſupra modũ ſuccus, globuli obdureſcunt intumſcũtque. Quas murinum fimum aqua pluvia dilutum, reficit. Eaſdẽ à partu adeps anſeris cum roſaceo & araneo cuſtodit. Mammis puerperio vexatis, otidum adipem utilem eſſe inventum eſt. Anſerino adipe mãmis perunctis dolores mulceri exiſtimant. At ubi lactis putreſcentis ubertate atq; affluentia mammillæ rubore ſuffuſę obduruerint inflammenturq;: quod die tertio omnibus maxima ex parte obvenit, Muricum, vel purpuræ teſtarum cinis cum melle efficaciter ſanat. Atquę adverſum eas quæ eam fortunam inciderint, plerique medici ſe medicos non inveniunt. Ego certe ſcio (pace ac venia dicere liceat) raro quampiam, quæ ſe illis crediditſet, huic peſti ereptam. Verum ita nos ejus curationęm iis quæ infra perſcripta ſunt intra quartum diem expedivimus, abrotoni, mentæ, apii, ſingulorum manipulus:

pſyllii,

pſyllii, acaciæ, gallarum, omnium uncia: cymini ſemiuncia: radicum altheæ manipuli bini: caſtorei ſemiuncia: ſeminum lini unciæ tres: radicum braſſicæ rubræ uſtarum dragmæ tredecim: cancrorum fluviatilium exuſtorum totidē: hæc quum in aqua mentæ quod ſufficit ſubferbuerint, donec pars tertia deceſſerit, mammæ ſæpius foveantur. Mox à fomento emplaſtro tali illinantur, acaciæ unc. tres: cyclamini uncia una: mucilaginis ſeminum lini; mucilaginis pſyllii, ſingularum uncia una, ex ſucco apii quod ſufficit, emplaſtrum molle conſice. ſubinde tempore procedente, ſandaracha, myrrhaque, adiiciendæ ſunt, ſandaracha præponderante: quę ſi mammas obdurent, fotu florum malvarum, ac radicum altheæ ex aqua fontium, ad tertias decoctarum præſtanter ſuccurritur. Hercules à partu ob dictas cauſas duriciam iis accidere in confeſſo ęſt. Quandoquidem ubera tota fungoſa extent, adeo ut ſi caſu aliquo pilum mulier poculo hauſerit: dolor in mammis (quod malum pilare vocitant) nimirum moveatur, neque aptius ſedatur, donec vel ſponte, vel mulctra preſſus pilus egrediatur. Cancri etiamnum fluviatiles illiti,

illiti, vel marini pilos in mamma, vel muricum carnes appoſitæ tollunt. Sed quoniam natura non ita fert, ut ſuccus idem pluribus una locis erumpere poſſit, hinc quandiu è mammis lac emanaverit, magna ex parte menſtruæ purgationes aſtringuntur, aſſidue dixerim, haud perpetuo, quando & jam quibuſdam lactantibus (ut nos ipſi novimus) muliebria proruperint. Lac autem donec mulier conceperit aſſervari, tum autem deſinere atque aboleri, tam in homine quam in quadrupedum viviparo genere inclaret. Quanquã fœminis partum alentibus ſi ex eodem viro rurſus conceperint, lac minime corrumpi, Nigidius autor eſt. At ſi quid (utpote quia lac integrum non ſit, aut quia parens vieta, languida, aut nobilis admodumque delicioſa ſit) matrem puerulum lactare inhibuerit, nutrix eligenda eſt, cujus ætas inter vigintiquinque & trigintaquinque annos: ſit vividi coloris, fortis ac robuſti colli, pectoroſa, muſculoſa, duræ ac multæ carnis, non obeſa, non gracilis: cujus etiam mammæ ſolidæ ac firmæ ſint, mediam magnitudinem modicamque duritudinem obtinentes, quibus lac plurimum ſit, odo-

ratum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ratum, candidum, perdulce, æquabile, neque admodum craſſum, neque tenue: cujus ſuper vitreum umbonẽ recte probatio fit, ſi neque prorſus fluet neque umbone reclinato omnino conſtet: aut ſi in vaſculo illius portio emulgeatur, myrrhæ tantillo adjecto, ſero pariter atque caſeo pars æqua detur. Probatiſſimum etiam ſi in ungue hæreat, nec defluat, atque quod à partu quadraginta & quinque, ſexagintave ſolibus abſceſſerit. Si marem juſto partu illa pepererit, neque abortiri aſſueta. Si laudatorum morum extiterit, quæ nec ocyſſime animæ paſſionibus afficiatur, neque penitus obtuſi ſenſus aut ſtolida ſit. (quæ lactare prohibent.) Quæ nihilominus, admonenda eſt, ne concumbat: ut probatis cibariis veſcatur: ut quaque vice ante lactationem partui mellis pauxillum ex pauco vino lingendum tribuat: item ut lactis quicquam mulgeat, ut mammulæ preſſione puerperii ſuctionẽ juvet, ne forte vehementi ſuctu, & gulæ inſtrumenta oblædantur, & malarum oſſa luxentur, quod ſæpius contingit: ut ſingulis lactationibus, non uberem lactis copiam, ſed parcam exhibeat. Quod ſi defuerit remedia adhibenda ſunt. Nã ſuil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſuillum lac potum, deficientia puerperarum ubera mire replet. Aſininus lien inveteratus ex aqua illitus mammis abundantiam præſtat. Terreni vermes cum mulſo poti lac devocant: atq; perdicis ova ſorptui data mulieribus, Glauciſcus è jure ſumptus, & Smarides cum ptiſana ſumptæ, vel cum fœniculo decoctæ, lactis copiam faciunt. Item cancri cum lapatho & apio in jure cocti ubertatem præſtant. Iis itaque obſervatis, puerulus & bene habebit & commode lactabit. Quo temporə lacteas & albidas dejectiones egerit. At cum umbilici exeſa vellere pars ceciderit, quod poſt tres aut quatuor dies jugiter accidit, cochlearum cinis utiliter imponitur. Oſſa etiam ex ungulis vituli, aut plumbum cremata eundem præſtant uſum. Convulſione plerique ac præcipue corpulentiſſimi habitiſſimique, & lacte copioſiore craſſioreque veſcentes, atque aſtrictas alvos habentes (quippe qui ſatietate vexentur, & recrementis ſcateſcant) ac potiſſimum plenilunio, corripi aſſolent. Quo morbo omnes ferme ante ſeptimum ſolem pereunt: ob id die ſeptimo (iis ſuperſtitibus) tanquam eorum ſaluti magis credamus, nomina imponun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ponuntur. Proinde jecur aſini panace modica admixta, in os inſtillatum à comitialibus morbis & aliis quadraginta jugiter diebus factitatum, puerperia tuetur. Cerebrum capræ per annulum aureum trajectum, priuſquam lac detur infantibus, contra comitiales cæteroſque infantium morbos inſtillatur.. Cæterum præcox illis riſus atque celerrimus, lachrymæve ante quadrageſimum ſolem maxima ex parte haud quaquam conceduntur, quanquam die eodem quo ſatus eſſet, Zoroaſtrem unum riſiſſe lectitavimus, ſicuti & Craſſum, Craſſi in Parthis interempti avum, ob idque Agelaſtum appellatum, nunquam riſiſſe ferunt, quomodo & plurimos nunquam flêſſe: alios quoque multos, quod mirum ſit, maximæ ſapientiæ autores, veluti Socratē, Diogenem Cynicum. Heraclitum eodem ſemper vultu nec aut hilari magis aut turbato (quales apathes Græci cognominant) extitiſſe. Qui ſane animi tenor in rigorem quemdam naturæque duram atque inflexibilem torvitatem ſummopere exit, humanos etiamnum affectus proculdubio adimit. At quoquo modo res ſe habeat, ſi ante quadrageſimum diem riſus eruperit, o-

mino-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

minoſum id atque timoris plenum vulgo judicatur. Cujus temporis partem plurimam obdormiunt. Etenim homini animalium uni per aliquot menſes ſomno confeſtim genito premi ſopirique datum eſt, ſubinde jam longior indies inſomnia. Somniare etiamnum eos cominus compertum eſt. Nam & pavore expergiſcuntur & ſuctum imitantur, pleroſque vero nunquam, quibus exitiale contra ſomniorum aſſuetudinem indicium fuiſſe multorum exemplis veteres invenere. Inſuper recens natis vertex adeo mollis eſt, ut cerebrum palpitare perpendatur, qui ſane ſerius duratur. Quinimo Zoroaſtri ita palpitaſſe, ut impoſitam manum valentiſſime repelleret, futuræ ſcientiæ præſagio, conſtat. Pueris primores ſeptimo menſe dentes gignuntur, priuſque iis ſuperiores, illis inferiores, at omnibus fere prius parte ſupera, haud dubium eſt. Ex quibus qui primus ceciderit, ut terram non attingat, in armillam incluſus, in brachioque aſſiduè habitus, muliebrium locorum dolores efficaciſſime prohibet. Septimo eoſdem anno decidere, ac alios ſuffici dilucet. Quoſdam & cum dentibus (tametſi rarenter) naſci, ſicut

Mar-

Marcum Curtium (qui ob id Dentatus cognominatus eſt) & Cn. Papiriũ Carbonem præclaros viros, inclaret. Id quidem in viris mali fuiſſe auſpicii antiquitas negavit. At in mulieribus ea res infauſti ominis atque inauſpicati exempli regum temporibus extitit, quando Valeriam ita natam civitati Seſſapiæ, ea tempeſtate florentiſſimæ, in quam deportata fuit, aruſpicum reſponſo vaticinante, veridico exitio fuiſſe, digniſſimi autores ſcriptitaverint. Aliqui etiamnum dentium vice oſſe continuo ſuperna oris parte gignuntur, ſicuti Pruſiæ regis Bithyniorum filium fuiſſe tradunt. Sed ex dentibus quaterni primi quia ſecant * temnici à Græcis nominantur, ii exinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Ultra quos utrinque fere maxillares ſeu molares quaterni ſunt, præterquam in iis, in quibus tres ultimi, qui ſero gigni ſolent, non increverunt, horum utrinque bini caninis proximiores, columellares vocitantur. Quare viceni omnes erunt. Ex quibus primores ſingulis radicibus maxillares utiq; geminis, quidam etiamnum ternis quaterniſve nituntur. Atque ex radice eadem in pueris novus (altero deci-

* τομεῖς.

deciſo) dens ſubit, qui multo ſæpius priorem expellit. Interdum vero aut ſupra aut infra eum ſeſe oſtendit. Sed non deſunt, quibus tricenos binos viris dentes attribuere, fœminis numerum minorem (excepta turdulorum gente) placuerit. Quibus non plures fuere, longiore vita promitti ſpatia putant. Quibus autem in hoc primo dentitionis rudimento, impatientiſſimis difficulter naſcuntur, iis qui dentes, qui primi cadunt, alligati facilem (efficacius ſi terram non attigere) dentitionem præſtant. Lacte caprino, aut leporino cerebello adipeque gallinaceo, gingivæ perfricentur, cerebrum pecudis in vino potui detur. Dentium delphini cinis ex melle gingivis illinitur. Ejus quoque dente gingivę tanguntur. Caniculæ dentes eundem habent effectum. Infantibus tamen nihil butyro utilius per ſe & cum melle, privatim & in dentitione, & ad gingivas, & ad oris ulcera. Dens quoque lupi adalligatus infantium pavores (quos etiam lapis ſtellatus arceat) dentientique morbos prohibet, quod & lupina pellis præſtat. Cinis caninorum dentium cum melle pueros tarde dentientes adjuvat. In cochlearum cornicu-
lis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

lis arenaceæ durities inveniuntur, eæ dentitionem adalligatæ facilem reddũt. Cerebrum viperæ pelliculæ illigatum. Ad idem & ſerpentium grandiſſimi dentes valent. Bovis capiti lapillum ineſſe produnt, quem ab eo expui ſi necem timeat, inopinatis tamen, capite præciſo exemptum adalligatumque dentitioni mire prodeſſe: ejuſdem cerebrum ad eundem uſum alligari jubent. Limaciſque lapillum oſſiculumve in dorſo offenſum. Dehiſcentibus gingivis, caput & collum oleo ex aqua calida abluto fricentur. Oleum inſuper in aures guttatim recte inſtillatur. Subinde ireos radix commaſticata dolores ac ulcera inhibet. Os melle & ſale collutum eoſdem mire arcet. Denique liquiritiæ ſuccus in ore contineatur. Plurimis hoc tempore puerulí morbis obnoxii ſunt, qui cum vexantur non uno genere ſæviunt, ſed & febri, convulſione & alvi fluore, & id genus reliquis morbis, quos Hippocrates internoſcens inquit: *Per ætates hæc accidunt parvis & recens natis puerulis, ulcera oris, vomitus, inſomnia, pavores, inflammationes umbilici, humores aurium.* Quos impavidos proculdubio

Hipp. lib.5. Apho.24. &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

dubio aſinina pellis injecta facit. *Paulo ætate progredientibus, quum dentire incipiunt gingivarii prurigines, febres, convulſiones, alvi fluores longi, maxime quũ caninos edunt, & iis potiſſimum pueris qui corpulentiſſime ſunt, & alvos habent aſtrictas*, ii leporis coagulo illito ubere, mire ſiſtuntur: caprinum quoque fimum inquietos infantes panno adalligatum, maximeque puellas cohibet. *Adultioribus jam tonſillæ, vertebræ in occipitio, ſive luxatio in partem interiorem, anhelationes, calculi, lumbrici teretes, aſcarides, verrucæ, ſatyriæ, ſtrumæ, & reliqui abſceſſus, ſed præcipue quæ enumeravi. Plurimi vero affectus puerilis ætatis judicantur, aut intra quadrageſimum diem, aut intra ſeptimum menſem, aut intra ſeptimum annum, aut quum ad pubertatem itur. Qui autem perdurarint, nec ſolvi potuerint pubeſcenti, aut fœminæ quum erumpunt menſtrua, ii conſeneſcere aſſolent.* Quibus ſingulis affectibus propriis medicaminibus paſſim ab autoribus deſcriptis proculdubio medemur. Sed & nobis quoque de omnibus iis ac cæteris toto vitæ lapſu ab unguiculis cunabuliſq; miſerrimo animalium homini evenientibus, ſeorſum fuſiore uberio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

berioreque tractatu poſt hæc ſumma cura ediſſerendum eſt. Quanquam medicinæ tot, contra tot mala generis humani excogitatæ, ſubinde quoque novitatibus victæ ſuccumbunt.

Summæ hominum infelicitatis indicium. Uni hercule animantium proticinus ab initio luctus datus eſt: uni lacrymæ, vagitus: uni ſponte ac ſine doctrina non aliud quam flere didiciſſe: uni flenti mox nato, cæteris imperaturo, manibus pedibuſque devinctis jacere: uni alienis opibus velari: uni innumeros & novos quotidie, omni ævo priore incognitos, cæcos ſentire morbos: uni tot periculorum generibus quati, tot metibus torqueri, tot curis exterminari: uni toties (ut nulli frequentius ſit votum) mortem mœſte invocare: uni fragiliſſima vita: uni nocturnæ quietis æſtimatione, dimidio (quippe cum æqua, morti ſimilis pars exigatur, aut pœnæ niſi quies contigerit) vitæ ſuæ ſpacio vivere. Quamvis ex omnibus bonis quę homini tribuit, nihil eidem melius vitæ brevitate ac tempeſtiva morte; in qua certe id optimum, quod illa ſibi quiſque conſciſcere quiverit, natura præſtiterit. Quapropter hoc primum quiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quiſque in ſui remediis animi celebret: quandoquidem naturæ munus (boni quantulum dari videatur illi) incertum ac fragile nimirum ſit, malignum etiamnum & breve, cui largiſſime obtigit. Sed quid quod bona malis (etiam pari numero) paria haudquaquam ſunt. Nec immenſa lætitia ullo minimo mœrore penſanda eſt. Quamobrem ſi verum facere judicium, ac omni fortunæ ambitione repudiata, ſincere, recte, juſteque decernere velimus, Mortalium nemo felix eſt. Quibus jure eorum decreta comprobentur, qui non naſci, aut quam ocyſſime aboleri, optimum cenſuere. Heu vana & imprudens mortalium diligentia! Heu dementia! Heu inquam ſumma mortalium dementia, exiſtimantiũ, ad ſuperbiam, luxuriam, ambitionem, avaritiam, immenſam vivendi cupidinem, gulam, ſuperſtitionem, ſepulturæ curam, rerum libidinem, rabiem, ſævitudinem, ac denique ad hominum mala ſeſe genitos eſſe! O ſtolidam infelicitatem! ô vanam mortalitatem, & ad ſemetipſam ſeducendam, (quippe quum mortalium nemo omnibus horis ſapiat) procacem atque nimium pronam! ô utinam falſa, futilia, atque irrita hæc & non à vate dicta ſæcula noſtra judicent!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

1 *Prolis cauſæ.*
2 *Tum cum parentibus, tum cum aliis, ſimilitudinis.*
3 *Numeroſitas uno enixu partuum, atque ejuſdem cauſæ.*
4 *Ac præterea ſupervacanearum deficientiumque partium.*
5 *Demum partus prodigioſi nonnulli.*

CAPUT IX.

SEd quam ob cauſam mares & fœminæ edantur, & alii parentibus mares maribus, fœminis fœminæ: alii è diverſo, matri mares, fœminæ patri, denique majoribus ſuis alii, alii ſuorum nemini, idque tum corpore toto, tum partibus ſingulis, ſimiles gignantur, diligentiores diligentiſſime exquiſivere. Quorum omnium cauſas, non minore nos diligentia explicare conabimur. Quoniam vero neque omnibus id genus accidentibus puerperii formæ obnoxia natura repugnat, neque omnibus acquieſcit ut facile ſecerni queat, quæ ex iis ab ſe abdicet ac velut profana ab ipſo ſacræ conceptionis veſtibu-

ſtibulo eliminet, quæve etiamnum ſæpe ac libenter admittat, diviſionum gradibus, contemplandum perpendendumque erit. Inde orſi, quod maris genitura vim, quæ in ęo ſunt membra, quoad ſubſtantiam procreandi primum obtinet: deinceps vero accidentibus eiſdem affecta: ſubinde, quia mas majorũ ſuorum ſugillationem ſervaverat, ſeminale recrementum, qualia illis fuere membra, generare quit. Demum quia ab homine deciſum, hominis fabricationis compos evadet. Pari uſu & de fœmellæ prolifico ſemine diſſerendum. Horum hercule, primum à ſemine, qua maris eſt: ſecundum ab eodem, qua hujuſcemodi membrorum lineationum effigiẽ ac accidentia talia præ ſe ferentis: tertium ut proſapiæ hujus: quartum ut talis ſpeciei, quia humanæ, proficiſcitur. Nec tamen talia pro harum (quas genituræ motus appellare liceat) virtutum duntaxat arbitrio, at ſecundum horum motuum leges, ſubjectæ materiæ affectionibus reſpondentibus, gigni arbitrandum. Quo fit ut ſi maris genitura, fœminæ genituram viribus ſuperaverit, materia non reluctante, marem patri ex toto ſimilem gigni indubitatum ſit.
Hinc

Hinc plerique eorum quæ in parte ſunt, ſignorum, ut nervorum, verrucarum, cicatricumque & id genus reliquorum, in eadem prope dixerim parte geruli eduntur. Quin etiam ex mancis truncisve, manci ac trunci, ut, verbi cauſa, ex claudis claudi, cœci ex cœcis, eadem ratione prodeunt. Contra ſi fœminæ prolificum ſemen, annuente moremque gerente materia, maris genituram ſubegerit, fœmella matri perſimilis in lucem veniet. Quod ſi maris ſemen ſuperetur, haud ſane plurimum, & parte altera materiæ diſpoſitio ad maris membrorum ſubſtantificam formam pariter atque accidentalem ſuſcipiendam proclivis magis impendioque obſequibilis ſit, puerperium patris & ſexum & effigiem præ ſe ferens gigni operæprecium eſt, quandoquidem duo illa etſi imbecilla longe plus quam ſola matris genitura, ad hoc cooperentur. Sin fœmineo ſemini id acciderit, contrarium contingit. Si vero maris genituræ motus, qua maris eſt, ſuccubuerit, quæ vero mas talia accidentia obtinet, ſuperaverit, fœmella patris effigiem repræſentans generabitur. Quod ſi neque adhuc, quæ taliter affecti, ſed qua proſapiæ hujuſce.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quæ avo ſimilis ſit, reddetur. Denique ſi etiamnum, non ut proſapiæ hujus, ſed qua hominis, nec fœminæ ſeminale recrementum duabus (primam excipio) reliquis viribus vicerit, nec patri neque matri, neque majorum alicui, at homini duntaxat nata aſſimilabitur. Fieri etiam quit ut ſeminis motus, quatenus maris, ac hujuſce proſapiæ eſt, dominetur, at quatenus hominis, horum accidentium, hujus figurę imaginiſque, neutiquam ſuperet. Quocirca (modo ne fœminæ in iis motus vicerit) creati maris ſimilitudo in avos degenerabit. Jam enim tale quiddam vel tertia prole poſt redivivens regeneratum eſt. ut cum quidam ſuo in brachio notam haberet, non hanc filius, ſed nepos, ea præciſe corporis parte nigriciem quandam habens, prodiit. Quod ſi neque in avos degeneret, in hominem ſaltem, ſiquidem, qua hominis motus ſeminis, nec alioquin ſuperarit. Pari modo vel fœminis evenit, eiſdē prorſus combinationibus obſervatis. Aut enim ſeminalis recrementi, quatenus fœminæ eſt, poteſtas ſubdominatur, in cæteris vero dominatur, quapropter mas matri ſimilis generatū iturus eſt. Aut neque qua talibus affectæ, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ctæ, ſed quatenus hujuſce, progeniei. Unde avorum matris ſimilitudinem adeptus mox orietur, indicio eſt Niceus nobilis poeta, qui adulterio Æthiopis nata matre nil à cæteris colore diſſidente Æthiopem avum regeneravit. At non niſi qua hominis genituræ motus ſuperat, nec viri parte altera genituræ vis, in ſui avorumve ſuorum effigiem decumbit, & ob eam rem mas, hominis ſpeciem nactus prodibit. Hinc itaque mulieres quaſdam ſibi ſimiles partus perpetuo parere, quaſdam viro, quaſdam aut ſuis, aut viri avis, quaſdam eorum nulli, quaſdam fœminam patri, marem ſibi, accipias licebit. Quinimo præter hæc, ſimilitudinum quoque reputationem in mentem eſſe (utpote in qua multa fortuita pollere credantur) memoria rerum, quæ viſæ auditæve fuere, imaginibus ſub conceptu hauſtis, compertum experimento habemus. Unde utriuſlibet maris ſcilicet ac fœmellæ ſubito animo tranſuolans vagaque excogitatio, ſimilitudines effingere aut miſcere (nec ab re) exiſtimandum. Ac propterea plures humano generi, quam cæteris omnibus animalibus ſimilitudinum differentias accidere par eſt. Quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

doquidem cogitationum velocitas, animi celeritas, necnon ingenii varietas, multiformes multiſq; modis notas nimirum imprimere, confiteri neceſſum ſit : quod non minus quotidiano uſu id obſervantibus, ac præterita ſæcula intuentibus inclaruit. Artemonis plebeii argumento, uſque adeo regi Antiocho jam necato ſimilis, ut Laodice regia cō-junx per eum commendationis, ac regni ſucceſſionis munus eleganter peregerit. Non deſunt etiamnum. Vibius è plebe & Publicius ſervitute liberatus, qui Pompeio (probum illud os, illumque eximiæ frontis honorem, elegantiam præferentes) indiſcreta propemodum ſpecie perſimiles extitere. Qualis quoque cauſa, prius ejus parenti Menogenis coqui ſui, tum in reliquis, tum etiam in oculorum vitio eidem ſimillimo cognomen indidit. Quæ & Scipioni Serapionis, à Serapione victimarii negociatoris ſervo nomen impoſuit. Rurſum Suræ proconſ. non modo integerrimam indolem, verum & loquendi rictum, linguæ contractionem, ſermoniſque tumultum ac feſtinationem, incredibile dictu in Sicilia piſcator quidam retulit. Cæterum iis quoque omnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

cauſis, & in geminis parentum ſimilitudines effinguntur. Ex geminis namque alterum matri, & hos quidem ambos patri, hos vero matri, hos eorum nemini, ſimiles fore conſpicuum eſt. Plurimis namque locis, & maxima ex parte, mulieres ſingulos ſingulæ, duoſve pariunt. At ſolis nonnullis ut in Ægypto, ubi fœtifer Nilus potus, idipſum ſuapte natura impertit, & geminos & ter geminos, & bis binos naſci, & plerunque plures certum eſt. Ut etiam Fauſta è plebe, mares duos, fœminas totidem enixa eſt. Sed & quinque, jamque hoc pluribus eveniſſe, exploratum eſt, quandoquidem mulier quædam viginti puerperia partubus, quatuor, quinos partubus ſingulis enixa, ediderit: atque eorum major pars enutriri & adoleſcere quivit. Aliam inſuper duodecim partubus, ſexaginta infantes peperiſſe inventum eſt. Divo Auguſto imperante, ejus quædam ancilla in agro Laurente quinque pueros (qui pauculos vixerint dies) in lucem emiſit. Et in Peloponeſo binos quater alteram enixam, majorem partem ex omni ejus vixiſſe enixu, proditum eſt. Pari uſu & in Ægypto ſeptenos uno utero ſimul genitos eſſe. Equi-

dem cuncta hæc ubertate atque affluentia ſeminalium excrementorum accidere, neminem latet. Quomodo enim hominis cujuſque perficiendi, tum ad majus tum etiam ad minus certa magnitudo extet, quos quidem terminos, ut vel major vel minor evadat, neutiquam ſupergredi poſſit: ſic & ſeminalis genituræ haud indefinita eſt materia, ex qua conſiſtat, quippe qui non ex quantalibet gigni queat. Qui igitur homines plus excrementi, quam ſatis ſit ad unius homunculi fabricam ſecreverint, iis ut ex eo toto unus duntaxat formetur homo fieri nequit. Sed tot numero, quot in illis genituris debitæ magnitudinis perſcribi poſſunt, generari operæ precium eſt: quandoquidem nec maris nec fœminæ genitura, plus quicquam minuſve, quam à natura ſancitum ſit conſtituere valeat. Et ob eam rem, ſi aliquando tantum materiei mas & fœmina emiſerint, quantum pro duobus ſuppetat, vincente quidem prorſus vi patris, geminos patri perſimiles procreatum iri conſtat. Contra vincente matris motu. Sin partim maris poteſtas ſuperet, partim ſuperetur, alterum patri, matri alterū ſimilem gigni, nemo quiſquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

quã inficiatur. At iis unum id adjiciendũ duxi: Quod geminis editis rarenter aut puerperæ aut puerperio, præterquam alteri vitam eſſe, diligentiores prodidere, ſin utriuſque ſexus gemini enixi ſint, rariorem utrique ſalutem. Inter paucos etiam ſi alter mas, alter fœmina fuerit, ambos ſervari viſum eſt. Pari omnino modo, ſi uberem & pro tribus quatuorve, ac ſic deinceps materiam parentes ſuggeſſerint, judicandum. Similis ferme, immo eadem ſupervacanearum agnaſcentiumque partium, quæ & geminorum generationis, cauſa cenſenda eſt. Nam ſi materiæ pluſquam pro ipſius natura partis (utpote quum ſingulæ ſibi proportionatam materiæ partẽ vendicent) quando non ex partibus ſingulis ſingulæ condantur partes, acceſſerit: ſic proculdubio eveniet, ut vel pars juſto major evadat, verbi gratia, digitus, aut manus, aut viſcus aliquod, aut aliud ex cæteris membris, aut profecto conceptu fiſſo, partes ejuſmodi plures exurgent. Quod ſi iterum plus quam pro partium plurium natura materiæ ſubminiſtretur, plures geminari partes opus eſt. Hinc nonnullos geminato capite, cruribuſque geminatis, corpore

 fere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

fere toto geminato, pleroſque in lucem prodiiſſe, haud fabuloſum eſt. Siquidem ſemel duos tergoribus junctos, imo potius tergore uno, pro duobus perfungentes fuiſſe traditum ſit. Qui etiamnum viginti annorum tractu, moribus plurimum differentes, vixerint. Quorum alter, quum mortem obierit, alter tamdiu ſuperſtes fuit, donec jam emortui germani corruptione, putrilagineve ac graveolentia, deceſſerit. Quomodo & Ægyptiis portentum, binis in adverſa capitis parte ocellis hominem, iiſque non cernentem, enutrire placuit. Quibus ſimili modo gemina habere genitalia datum eſt, iis redundans pro hujuſce partis natura materia ſubminiſtrata eſt. Quod ſi paterni ſeminis motus partim ſubdominetur, hermaphroditos, olim androgynos vocitatos, ſexus utriuſque, inter ſeſe vicibus coeuntes, mamma dextra virili, muliebri læva, generari neminem præterit, modo ne rationis prorſus expers fuerit. Sin alterutrius vis dominetur, aut procerum genitale unum, aut gemina, & hoc quidem agnatum irritum ſubinde per alimentum deliteſcens, illud vero ratum, redduntur. De iis enim perinde ac de toto ſentiendum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

eſt. Nihil enim intereſt de toto, an de partibus & de extimis an de intimis diſſeramus, quibus mutationes atque detrimenta accidere haud unquam ullus dubitaverit hiſceritque: quando & in iis, in cæteris quoque animalibus, hæc nimirum explorata ſint. At quoniam ſeminalium excrementorum nonnunquã non modo pro unius vel alterius partis natura: ſed aut minus, aut nihil prorſus ſuppeditatum ſuggeſtumque ſit, ob id, ſicuti excedente materia partium exceſſus, ita deficiente, defectus fit: hinc ex integris, truncos gigni contingit, quomodo materia pro unius partis natura, quæ tamen in parte minime exiſtat, ſubminiſtrata, ex truncis integri procreantur. Quam igitur ob cauſam, alii pluribus quam juſtum ſit digitis, alii paucioribus: eodemque modo in cæteris partibus, quæ aut excedant, aut deficiant. Quare etiamnum duplici genitalĩ nonnulli, altero maris, altero fœminæ gignantur, qui monſtroſi partus nuncupentur, jam affatim dictum eſſe putamus. Sed de quibuſdam prodigioſis enixibus (qui non minus eveniant) quicquam adiiciendum cenſuimus: in quibus pleraque ſane quam multis incre-

 dibi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

dibilia viſum iri haud ambigimus. At rerum naturæ vim atque majeſtatem in omnibus momentis (quopiam partes ejus ac non univerſam animo complectente) aperta fide carere certo certius eſt, hinc complura neutiquam fieri poſſe, priuſquam facta ſint, adjudicantur. Quæ tametſi fide careant, admirationem tamen implent, coguntque confiteri multum eſſe: quod vero ſuperſit, nihil non naturæ vi effici poſſe exiſtimantibus. Adeoque ad hæc attonita antiquitas extitit, ut dictu quoque pene incredibilia affirmaret. Quaſdam enim regionibus nonnullis Meridionalibus, animal vivens (quod feram cognominant, frequentiſſimum in Hiſpania vitium) genuiſſe mulieres compertum habetur. Quod, ſi dum editur, terram parieteſve caſu aliquo inauſpicatum animal id tetigerit, puerperæ mortem veridico auſpicio, auſpicari extra omnem fortunæ aleam autumant. Quocirca priuſquam enitatur, loci illius in quo prægnans parturire debet, parietes ornamentis protegunt, tapeta & id genus reliqua pedibus, ſubſternunt. Demum Alcippem (dictu mirabile) elephantum peperiſſe, antiquitas prodidit. Denique mulie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

mulierem & ſerpentem etiamnum edere poſſe. Ancillæ cujuſdam, quæ inter initia Marſici belli ſerpentem pepererit, indubitatum exemplum eſt, qualẽ in Umbria extitiſſe Lucanus eleganter præcinit:

--- *Matremq; ſuus conterruit infans.*

Hippocentaurum quoque in Theſſalia è muliere natum, nataliq; die interemptum complures noviſſe Claudius Cæſar exarare non dubitavit, cui rei argumento eſt Plinius ſecundus, vir alioquin ſummæ fidei ſummæque autoritatis, qui ſe ejuſdem Claudii principatu ex Ægypto illi, in melle Hippocentaurum allatum vidiſſe teſtatur. Iis itaque compleſſe jam jam miracula ſui natura poterat. Sed quanto plura reſtant, tanto quoque mirabiliora cognitu. Non enim ab iis longe abeſt, quibuſdam Indorum feras viris incuntibus mixtos ac ſemiferos prodire partus. Sicuti alios caninis capitibus homines, ferarum pellibus velatos, unguibus armatos, & venatum aucupioque veſci, & pro voce latratum edere. Alios ſine voce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis naſci. Alios cauda villoſa, velocitatis eximiæ. Alios (quos

Syri-

Syrictas vocitant) narium loco foramina tantum præferentes, anguium modo loripedes eſſe. Sine ore alios, corpore univerſo hirtos, frondium lanugine amiciri, halitu duntaxat odoriſque ſpiramento naribus tracto, nullo cibo, nullove alio potu, vitam degere, atque graviore paulo odore, haud difficulter quam mox exanimari. Oritas etiamnum alium nullum quam piſcium (quos unguibus diſſectos ſole torreant, atque ita panem ex iis moliantur) alitum abligurire: Sauromatas perpetua naturæ lege, tertio die alimoniam noſcere. At cui plane non miraculo erit, cum primum in notitiam venerit, quoſdam quos Arimaſpos nominitant, unico in fronte media oculo inſignes eſſe, aut quorundam oculos humeris, quippe quibus cervix minime ſit, inſidere? Nec profecto minus mirum eſt, alios in montis Imai convalle ſylveſtres, pone crura plantis averſis, quam perniciſſimos homines, cum feris paſſim vagantes, nec alio cœlo ſpirantes, vivere. Quoſdamque averſis plantis octonos in ſingulis pedibus digitos obtinere (nemo id parvum ac modicum obiter exiſtimaverit) ſingulis cruribus alios. Troglo-
dytis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

dytis qui & ipſi equis perniciores ſunt citimos, eximiæ ad ſaltum pernicitatis, in majore æſtu reſupinos jacere, ac ſeſe pedum, unde Sciapodes, hoc eſt, umbripedes appellentur, umbra protegere. Alios auribus ampliſſimis uberrime totos contegi. Porro quis non viſos Ophiogenes ſerpentum ictus levare, manuque corpori impoſita venena exerere? Aut aliis quibuſdam exitiale ſerpentibus, illius odore eas penitus ſopientibus, ingenitum virus, unquam crederet? Idipſum incredibile fortaſſe, & in Italia Marſis quoque naturalem eam vim ineſſe deprehenderit. Quomodo & in Africa effaſcinantium, quorum laudatione probata confeſtim intereant, infantes emoriantur, arbores areſcant, familias quaſdam extare in confeſſo eſt. Et in Triballis Illyriiſque alius geminas in ſingulis oculis pupillas gerentes, viſu quos diutius, iratis præcipue oculis, intuerentur, interimentes. Et in Scythia ejuſdem generis fœminas Bithias vocitatas, & in Ponto Thibiorum genus ſolo halitu peſtilens funebreque. Alioſque ejuſdem naturæ complures, in altero binam pupillam oculo, in altero equi effigiem natura nactos fuiſſe eruditione

ſpecta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſpectati prodidere. atque haud abſimiles in Æthiopia, alios ſudore tabē contactis corporibus continuo afferre. Hæc innumeraque talia ex hominum genero ludibria miracula nobis perquam ingenioſa natura molita eſt. Cæterum ſingula quæ in dies, aut prope horas factitat (quando præſertim nulli loqui, quam in magno fertilitatis gaudio tam varie ludenti rerum naturæ pingere, facilius eſſe queat) ecquis enumerare potis evadet? Et ne tot hominum ritus, tot gentium ſermones, tantam loquendi varietatem, uti externus etiamnum alieno hominis pene vice haud ſit, tot indiſcretas effigies, commemorem: illud tamen quo magis miremur in hoc ipſo conſummati operis faſtigio, non omittendum duco. Quod Scytharum gentes & quidem plures, humanis veſcentes corporibus, ideoque Antropophagos nuncupatos (dictu ſane parvum, at æſtimatione immenſum) & in medio terrarum orbe Cyclopas & Leſtrygonas hujus monſtri gentes, extitiſſe: hominemque trans Alpes earum gentium more (quod paulo à mandendo abſcedere vel maxime conſtat) immolari ſolitum, antiquitas nobis credendum reliquerit. Et hirpias

pias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

pias quoque jam pridem haud procul urbe Roma ſuper ambuſtam lignorum ſtruem ambulantes non peruri. Nec ſecus in admirationem agit, quod Pyrrhi regis dextri pedis pollicem loculo in templum conditum, cum reliquo corpore cremari nequiviſſe. cujus etiam tactu lienoſis plane mederetur. Adeo naturæ quorundam corpori partes ad aliqua mirabiles naſci placuiſſe, autores illuſtres retulere: mille denique prodigiorum, quibus cum univerſa tellus, tum vel maxime India Æthiopumque tractus ſcatent. Talium eſt inter quæ cum laſcivientem naturam, gentes quoque ad ejus detegendam potentiam poſuiſſe, in priſcæ autoritatis fide crebro fuerit: ſequens tamen ætas (quippe quod mentes ſummopere perculerit, quandoquidem iis qui pleraque ab antiquis prodita, aut exquirendi cura ſegniore, aut deſidia rerum internecione memoriæ indicta noverint, haud facile obvia ſint) iis elaborata maxime ex parte exautoranda, repudianda, ac denique ſublinenda eſſe cenſuit. Horum nimirum copiam proferre nunc poſſem, ni ſingula perſequi & longum, multiſque fortaſſe tædio eſſet, & neceſſariæ ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

terminationis tempus nos admoneret. Igitur paucula hæc, quæ de iis nobis ex vetuſtioribus, quibus nihil intentatum, nihil quod non cognitu obvium poſteris eſſe vellent occultatum, edocta deprehenſáque ſunt, invictiſſima Duciſſa perlegere ne pigeat.

FELIX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

FELIX PLATERUS

De

ORIGINE PARTIUM

Earumque

In utero conformatione

1. *An Arteriæ, Venæ, Nervi à Cerebro originem trahant?*

In hujus quæſtionis veritate indaganda, & Philoſophi & Medici admodum deſudarunt, aliquique multa incongrua propoſuerunt. Nam qui in ea rationem tantum veluti ducem elegerunt, nec ſenſuum teſtimonio confiſi, ex ſolius animi judicio ſingula metiri voluerunt, hi, etſi præſtantiſſimi eſſent Philoſophi, in eo tamen graviter peccarunt, quod ea, quæ ſenſus falſa eſſe judicat, pro veris venditarunt: Uti Peripatetici, qui nervorum originem cordi attribuerunt, imaginatione hac forte ſeducti, quod ſpiritum vitalem à corde per arterias cerebro

rebro communicari, ex eoque ſpiritum animalem procreari, qui cerebro & nervis vim movendi ſentiendique confert, cognoſcentes, à corde ſic ſenſum & motum proficiſci judicaverunt. Quæ ſenſuum neglectio fecit, ut & in aliis, viri graviſſimi errores non leves commiſerint, ut qui potionem in pulmones deferri crediderint: Aliique qui ſerũ ipſum in veſicam tranſſudare, cum ex inflata veſica, aërem unico intercepto meatu, per quem urina effluit, minime effluere, viderent, exiſtimarunt. Uti & illi fuerunt hallucinati, qui nullas vias, nulla vaſa, nullos ductus & meatus in corpore indagantes, corpus noſtrũ adeo perſpirabile crediderunt, ut citra hæc, omnia corpus permeare & pervadere poſſe, temere affirmarint.

Sed ut ad quæſtionis noſtræ ſenſum accedamus; Si Nervorum, Venarum & Arteriarum originem eam eſſe ſtatuamus, à qua uti à radice vel caudice arbores & plantæ enaſcuntur, ita hæc vaſa ab illis prius generatis produci, & ſic originem trahere velimus, non ſolum in Nervis hoc minime fieri, nec eos ullo pacto à corde ſic oriri, ſenſus judicabit, ſed & in Venis & Arteriis dubium erit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

an illæ à Corde, Venæque ab Hepate vel à Corde proficiſcantur.

Si enim illic exortum vaſorum eſſe aſſeverant, ubi vas à principe parte aliquid deferens primum emergit, ac tanquam radice altiſſimis defixum radicibus, ſubſtantiæ ipſius inhæret, Jecur, cui vena cava infinitis propaginibus intexitur, cui quoque venæ portæ ſoboles innumeræ immergunt, & in quod Vena umbilicalis in fœtu ſe inſerit, Venarum principium erit ſtatuendum.

Si vero eam & venarum & arteriarum originem ſtatuamus, cui vas exacte continuatur, ab eaque divelli non poteſt, ubi quoque major ipſius truncus caudexque exiſtit, Cor ipſum, cum ex ſiniſtro ventriculo arteriam magnam, ex dextro ſinu venam cavam promat ampliſſimam, ipſius ſubſtantiæ pertinaciſſime cohærentem, indeque ad hepar deſcendentem, cor uti arteriarum, ſic & venarum erit principium. Uti & duorum aliorum vaſorum permiſtæ naturæ, veluti Venæ arterioſæ, & Arteriæ venoſæ, quæ quoque ab ipſius ſubſtantia emergunt, atque per pulmones diſperguntur. Quæ certe à pulmonibus, etſi multis ramis ſubſtantiæ ipſorum inhæreant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

reant, ſi illic ubi radices hæ ſunt, origo ipſorum eſſet ſtatuenda, quod tamen haud veriſimile, exortum traxiſſe oporteret, uti neque emulgentes, etſi per renum ſubſtantiam & venæ illæ & arteriæ ferantur, nec venas meſeraicas quæ lienis ſubſtantiam perreptant, à renibus aut liene enatas quiſquam judicabit.

Adeo ut ſi vel hepar vel cor, venarum & arteriarũ principium ponamus, multæ occurrant difficultates, cum in hepate nulla inſignis deprehendatur arteria, & venarum tantum rami, non caudices eo deſinant. In Corde vero, etſi trunci & caudices horum vaſorum illi adnaſcantur, cum tamen ſubſtantiæ illius cum hiſce vaſis nulla ſit ſimilitudo, & vena magna, quæ inde enaſcitur, non pulſet: Dein cum & vas umbilicale, & vena portæ nullibi cor attingant, cor venis originem minime præbere, conſtabit.

Cæterum in tanta opinionum ambiguitate, ut certi quid cognoſcatur, hac via id facilime fiet, ſi quo pacto in prima fœtus formatione, ſingulæ partes, & quæ primo & quæ poſterius generentur, diligenter conſideremus, quod cum non aliter ſenſibus deprehendi

queat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

queat, quam per Anatomen, eaque in gravidis mulieribus quam rariſſime ſe offerat, in fœtu per abortum rejecto, hoc maxime patebit, idque non uno ſolum ſed pluribus; ut quo pacto ſingulis menſibus partes formentur creſcantq;, pateat. Verum cum & hoc videre paucis contingat Medicis, non mirum, tot diſſentaneas de origine harum partium & erroneas opiniones exortas fuiſſe. Liceat igitur mihi, nec vitio vertatur, quippe cui tot annis in ſtudio Medico verſanti, abortus quamplurimi inſpiciendi ſe obtulerunt, ſi quæ in illis annotaverim, ſyncere & fideliter, ad quæſtionis propoſitæ deciſionem propoſuero.

Poſteaquam ſemen utriuſque parentis, fœcundum utero conceptũ eſt, priuſquam formam aliquam abſolutam partes, quæ ex eo generantur, conſequantur, ſanguineque nutriantur & increſcant, quæ primo fere menſe perficiuntur; exſurgit primum vis illa procreatrix in ſemine latens & recondita, ac inſigniores ſeminis portiones, quæ à tribus parentum principiis defluxerunt, in tres quaſi bullas, ſpiritibus turgentes diſponit, quæ cerebri, cordis & jecoris ſunt rudimenta, in corpuſculo exiguo con-

cluſa,

cluſa, reliquaſque illi adhærentes portiones, in artus illique adnata membra ruditer ſegregat, quæ prima ſeptimana fere perficiuntur, ita ut tum rejecto per abortum embryone, informis talis maſſula, ex ſemine veluti concreta, rotunda & convoluta, tribus hiſce bullis diſtincta appareat. Qualem à Pſaltria illa, quæ per vim ſaltu impetuoſo abortum ſibi conciliarat, ſe obſervaſſe ſcripſit Hippocrates. Egoque ejuſmodi rejectum, globuli rotundi & albi inſtar, magnitudine avellanæ, in quadã, quæ quotannis fere, non multis à conceptu diebus, abortiebat, vidi, atque ex amnio tenui, cui innatabat, exemi, & cum ab invicem deducerem, tres ejuſmodi bullas, quarum inferior jecoris rudimentum exprimens, pallidior non tamen rubra erat, obſervavi, quatuorque portiones pro brachiis & pedibus formandis, & quod ſpectatu jucundum, duo puncta nigra minutiſſima, oculis dicata notavi. Quæ uti & in aliis, ſic & in generoſa quadam, quæ toto fere biennio, quod mirum & alias inauditum, ſingulis menſibus abortiebat, ſæpeque ad me ejuſmodi abortùm, ut quid eſſet, judicarem, tranſmittebat, ſimiliter ſic ſe habere, deprehendi.

At-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Atque hæc uti prima ſeptimana, facultas illa generatrix molitur in ſemine; Sic & mox eadem vi partes craſſiuſculas, quæ in oſſa abituræ ſunt, tenuiſſimaque filamenta, quæ nervis, venis & arteriis materiam ſuppeditant, latiuſculaque, quæ fœtum ambientia involucra, membranæque & tunicæ futuræ ſunt, certis locis ſegregat atque diſcernit.

Poſtmodũ ad trigeſimum uſq; diem, conformatrix facultas, ulterius opus aggrediens, ſolidarum partium conformationem ex ſemine tantum inſtituit. Atque inchoata prius principia, cor, jecur, cerebrum, propria figura exornat, mox & Nervi effinguntur, Venæ & Arteriæ excavantur, omnes in fœtus umbilicum deductæ, à quo duplicem qua involvuntur membranã pervadentes, matris uteri venis continuantur atque oſculis adhærent: Eademq; opera tum & membranæ fœtum involventes firmantur, uti & reliquæ membranæ. Viſcera item interna robur nanciſcuntur: Cutiſque omnia integens concreſcit, Oſſaque figuram aliquam & duritiem ſenſim acquirunt. Quæ omnia ex puro utriuſq; parentis ſemine tantum perficiuntur, nullo adhuc affluente ſanguine, nondum

aucto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

aucto aut amplificato fœtu, neque rubore aliquo perfuſo. Qualem quoque embryonem ſic formatum & delineatum, primo menſe rejectum, uti aliqui deſcripſerunt, ſic & ipſe vidi notavique, in quo, ex ſphærica figura, uti dum utero geſtatur eſſe ſolet, dilatato & diducto, lineamenta partium hæc expreſſe cernebantur. Cujus caput, etſi exiguus eſſet embryo, avellanæ inſtar magnitudine, reliquum corpuſculum proportione obſervata ſuperabat', quod cũ illud ſolum ex ſemine conſtet, reliquæ vero partes ſanguine enutritæ, augeantur, non mirum reliquas magnitudine ſuperare. Oculi quoque hujus embryonis, uti cancris nonnihil exerti, Crura, Pedes, Brachia, Naſus, Auriculæ, Digiti ſecreti, Penis in maſculo conſpicuus, Scrotum ſub eo exile, viſcera interna fibroſa, vaſa fili tenuiſſimi inſtar, Membranæ cæparum pelliculis ſimiles, Oſſicula flexibilia adhuc & mucoſa, Cuteq; omnia ſubtiliſſima pellucidaque, ita ut per eam interiora cerni poſſent, contecta: Omniaque hæc adhuc alba, & ſeminis æmula.

Hiſce ſic primo formatis, à trigeſimo demum die partes hæ nondum adauctæ, nu-

ctæ, nutriri, carne fulciri, atque increſcere incipiunt. Et à matre ſanguinem in hunc uſum haurire, qui per ſecundinas, fœtus umbilicum pertranſiens, hepati illius affunditur, atque inde per venas, tum portæ tum cavam, ad partes diſperſas, illarum undique fibris accreſcit, ipſarumque capacitates quæ inanes erant, ſenſim carne implet, atque partes ſic adauget, quod & in muſculis, tum aliis viſceribus natura molitur, pictorum exemplo, qui primum imaginem rudibus lineamentis adumbrant, mox variis coloribus illuſtrant perficiuntque.

Atque uti hæc duobus menſibus enarrato modo natura efficit, ſic tertio longe adhuc hæc magis conſpicua apparent, adeo ut tunc quoque, etſi embryo vix digiti longitudinem ſuperet, nulla pars tam exigua ſit, quæ non jam formam ſuam exprimat: ſicuti in ſceleto embryonis quod jam annos quadraginta aſſervo, ſpectare licet, in quo oſſa omnia una cum unguibus tam manifeſte citra corruptionem integra adhuc cernuntur.

A`quo tempore donec fœtus ad perfectum complementum perveniat, atque ad partum abſolutus & maturus

 fiat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

fiat, partes formam perfectiorem, atque incrementum capiunt, aliæ citius, aliæ tradius, & plus minuſve perfectæ, prout fœtui dũ in utero incluſus eſt, vel poſtmodum demum ubi in lucem prodiit, inſeruire debuerunt, formantur abſolvunturque.

Nam cum magna ſit partium, functionis cauſa, varietas, atque ex illis aliquæ dum fœtus utero incluſus eſt, licet formatæ ſint, otioſæ tamen deliteſcant, aliæ vero ſtatim opus ſuum aggrediantur, ſit ut illæ citius aliæ tardius formã abſolutam conſequantur. Ut autem hoc magis fiat conſpicuum, ex facultatum quibus fœtus dum in utero eſt, gubernatur, indeque prodeuntium functionum enarratione patebit.

Fœtum ab initio ex ſemine recenter conformatum, ſanguinis duntaxat beneficio nutriri, haud ſecus ac ſtirpes terræ ſucco, & calore nativo innato vivere, certum eſt. Poſtea & ſpiritu vitali accedente, animalium inſtar vivere, & poſtremo etiam moveri & ſentire.

Cæterum hæ facultatum functiones, cum certis inſtrumentis ad eas obeundas indigeant, atque fœtus partes principes, ob exilitatem hiſce ſuggerendis non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

non ſufficiant, illiuſque jecur minutum aut venæ minimæ, ſanguinis eam quantitatem, quam fœtus ut augeatur admodumque increſcat, requirebat, producere nequeat; Cor item exile, ſpiritum vitalem abunde & affatim ſubminiſtrare non poſſit: aliunde fœtum & ſanguinem ad nutritionem, & ſpiritum ad vitam ſuſtentandam, quam ab hiſce organis haurire neceſſe erat, à matris nimirum uteri venis, ſanguinem, & arteriis ſpiritum alliciendo, idque per venas & arterias proprias umbilico inſertas, indeque vena umbilicali ad fœtus hepar, arteria ad crurales arterias derivatas, atque ſic per hanc viam univerſo fœtus corpori ſubminiſtrando: à quo materno ſanguine & ipſius fœtus hepar, uti cæteræ partes aluntur & infarciuntur, matriſque ſpiritu vitali cor ipſum fœtus vitam primum cum cæteris partibus accipit, ab eodemque ſpiritui animali quoque materia ſuppeditatur.

Pulchre ſic diſponente natura, ut homo non ex ſe ipſo, ſed ex parentum ſemine, primo conformetur, caloremque nativum accipiat, atque inde à matre alimentum vitam & ſpiritum deſumat, donec eo perfecto & genito, atque à

matre excluſo, ad ſui nutritionem, vitam, ſenſum & motum propriis utatur organis.

Ex quo patet, fœtus ipſius hepar uti & cor, dum in matre continetur, cum neque illud ſanguinem generet, neque hoc ſpiritum vitalem procreet (ſunt enim hæc jam in matre ſatis elaborata) proprio munere nondum fungi; Uti & Cerebrum, quod ad quartum fere menſem otioſum eſſe, cum fœtus prius non moveatur, nec ante partum ſentiat, experientia comprobat. Quo tempore etiam reliqua viſcera opus propriū nondum aggreſſa ſunt, neque enim ventriculus chylum conficit, nec pulmones ſpirant, occluſis exacte tunc naribus atque ore. Oculus quoque non videt; Auris non audit, nec lingua guſtum ullum percipit.

Tantum igitur vaſa poſtquam fœtus increſcere incipit, Venæ primum, inde arteriæ, tardius nervi, illæ ſanguinem matris deferentes, aliæ ſpiritum advehentes, hi tandem motum præbentes, munus deſtinatum exequuntur, cum reliquæ totius corporis partes interea in actum, opus ſuum minime producant.

Jam ſi ad functionem exequendam inſtru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

inſtrumenti forma perfecta requiritur, quis dubitabit, Venas primum excavari, perfici, atque abſolutam figurã conſequi, jecore etiam nondũ integre perfecto, nec dum quicquam efficiente. Uti & revera nullum vas in fœtu magis manifeſtum latumque ab initio, quam vena umbilicalis cernitur. Dedit hoc occaſionem quibuſdam, ut hepar ipſum à venis pronatum, non venas ab hepate, hiſce permoti, pronunciarent, jecurque nihil aliud eſſe, quam implexum venarum infinitum, cui concretus ſanguis obnaſcatur.

Sic quoque arteriæ formantur, ſpiritumque vitalem à matris arteriis haurientes, deducunt & pulſant, antequam cor ullo modo moveatur: neque enim illud, ad quod aëri non patet aditus, nec priusquam reſpirare queat, per ſyſtolen contrahi aut dilatari poteſt, donec fœtus à membranis quibus obvolutus erat, liberatus, atque aqua cui immerſus erat, in partu ſegregatus, & in lucem editus, per nares aërem attrahat; tunc enim cor pulmoneſque eum ſuſcipientes, primum moveri, infanſque modo natus reſpirare, incipiunt. Quod uti ex hiſce argumentis licet colligere, ſic

 ſenſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſenſus ipſe manifeſtum facit, ſi quis in brutis animalibus obſervet, quo pacto, ſi fœtus una cum membranis, quibus incluſus immerſuſque eſt, rejiciatur, mater dentibus illud ſcindens, aëri ut ad fœtum penetrare queat, faciat viam, & niſi hoc ſubito fiat, cum à matre ſeparatus, ab ipſius arteriis nihil ſumere queat ſuffocetur. Unde & uſu edoctæ obſtetrices, in fœtu humano, ſi cum amnio in partu excludatur, non prius vas umbilicale ſtringunt, donec involucrũ diſrumpant, quod bruta animalia naturæ inſtinctu ſponte, uti dictum, faciunt.

Ex quibus ſatis patere arbitror, & hepar & cor, non prius quam infans in lucem editus ſit, functiones ſuas obire, quod venæ & arteriæ, dum adhuc in utero latet, in eo moliuntur, nec hepar ipſius prius ſanguinem, donec infans cibetur, conficere, nec cor pulmoneſque, donec reſpirare aëremque haurire incipiat, ullo modo moveri.

Cerebri autem ipſius fœtus, longe alia eſt ratio: cum enim hoc non tantum materiam aliquam, ut hepar, vel ſpiritum ut cor, ſed & propriam ſubſtantiam, dorſalem ſcilicet medullam, & nervos, undique ad ſenſum & motum con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

conferendum tranſmittat, à matre hæc in fœtum minime derivari potuerunt: ſufficiebat enim matri, ſanguinem quo abundabat, & qui in non gravidis per menſes expurgatur, & proin eo ad proprii corporis alimoniam minime opus habebat, pro fœtus alimonia, uti & ſpiritum vitalem, conferret. Verum partes ſolidas, ut ſunt Nervi, de ſuo corpore, fœtui ſubminiſtrare minime potuit, ſed fœtus eos à proprio ipſius cerebro promit, atque cum cerebro hi & augentur, & cum illud aliquouſque excrevit, etiam aliquo pacto vires exerunt, motumque aliquem fœtui, ſed levem ſaltem, dum ille adhuc utero incluſus geſtatur, confert.

Unde & cum cerebri ſtructura tardius perficiatur, ſerius & non ante medium uteri geſtationis tempus, motus fœtus perſentitur, donec nonnihil adaucto & confirmato cerebro, quod cum partus inſtare incipit, accidit, fœtus validiore motu, ſe ex ſphærica figura ſponte extendens, ad exitum in partu invertit & accommodat. Sed & in lucem editus, principes animæ functiones, donec ad molem convenientem cerebrum excreverit, non niſi leviter exerit, nec recte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ratiocinari, reminiſcive poteſt. Quod poſt infantiam primum, ubi aliquouſq; excreverint, aliis ſerius, aliis citius, prout cerebrum illorum plus minuſve perfectum exiſtit, accidit.

Ex jam enarratis veris argumentis, quibus ſenſus ipſe adſtipulatur, videtur colligi poſſe, fruſtra aliquos ſe excruciare, qui de exortu venarum & arteriarum, nervorumque ita diſſerunt, ac ſi hæc vaſa à principibus partibus, hepate, corde & cerebro, prius genitis, demum enaſcerentur, expullularent, & per corpus diſpergerentur, veluti ex caudice arboris rami & radices propagantur. Cum ex his quæ prædiximus, potius veriſimile videatur, omnes partes in prima fœtus conformatione ſimul gigni, venaſque & arterias citius quam ipſorum partes principes perfici, functioneſque edere: niſi forte aliter, dum de origine harum loquuntur, eam intelligant atque interpretentur. Ex quo, ut variæ de eo ſententiæ ſint ortæ, occaſio forte nata eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

2. *An'ne venarum origo à Corde vel Iecore dependeat?*

HÆc quæſtio primo intuitu facilis & inutilis, atque ob id ſupervacanea fortaſſis videbitur, in qua explicanda diutius moremur. Præſertim cum in veritate illius inveſtiganda, tot Philoſophi, tot Medici diligenter laborarint, jamque apud pleroſque quid in ea ſtatuendum ſit, ſatis conſtet. Verum ſi rem ad amuſſim metiamur, non videbor rem ingratam facturus, quod eam rurſum in dubium vocem, ut quid de ea ſentiendum, argumentis ratione inventis, uſuq; comprobatis, confirmetur.

Nam qui in ea ſolvenda, rationis tantum ductum adhibuerunt, nec ſenſuum teſtimonio confiſi, ex ſolius judicii ſcrinio ſingula depromere voluerunt, videntur non parum hallucinari, utpote quos ratio ingeniique vis, ſæpe eo perducat, quæ ſenſus longe alia eſſe judicat. Fecit hoc, ut præſtantiſſimi viri, dum propriæ mentis impetum ſequuntur, graviſſime impegerint. Cum alius nervos à corde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

oriri, alius potionem in pulmones ferri, craſſo ſatis errore, aſſerere non dubitarit, alius quoque ſerum ipſum Veſicæ inſudare, cum ex inflata Veſica aërem unico intercepto meatu, minime prorumpere videret, imaginatione quadam ſibi perſuaſerit, uti in præcedenti quæſtione, hujus rei quoque fuit injecta mentio.

Nec & illi laudandi, qui ſolo ſenſuum indicio res examinantes, nullam earum rationem cauſaſque adhibent, non aliter atque lanius in macello viſcera interna inſpiciens, ipſorum uſum, functiones, actioneſque ignorat. Sed & tertio loco hallucinari ſæpe videntur, qui ſubjectum corpus humanum negligentes, à brutorum animantium partibus, ſenſuum teſtimonia deſumunt, qui idem mihi efficere videntur, quod hi, qui veras Hiſtorias, Fabulis conſpurcantes, faciunt, ut ea quoque, quæ in iis vera ſunt, falſa eſſe credamus. Exemplo nobis bellum eſt Trojanum, quod multis commentitiis narrationibus auctum, ſuſpicionem præbuit, dubitandi, an'ne bellum aliquando ejuſmodi fuerit. Qui item ſacras Hiſtorias variis figmentis contaminaverunt, magnam occaſionem

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

vel atheiſmo, vel ſuperſtitioni dederunt.

Ariſtoteles Philoſophorum princeps, cor dum primo naſci contendit, omniũ facultatum originem, ab ipſo dependere, ipſumq; cum movendi tum nutriendi principium eſſe aſſerit: ut nervorum, ſic venarum quoque originem cordi attribuit. Galenus contra Medicæ artis inſtaurator, ut facultates certis ſedibus diſtinxit, ita nutritionem ab hepate proficiſci, venaſque quæ ſanguinem nutritionis materiam deferunt, ab Hepate enaſci, magna contentione integro fere libro 6. de Hipp. & Platonis decretis evincit.

Uterque multis rationibus dogma ſuum comprobare nititur: verum ut veritas magis eluceſcat, ita habendum: Si illic exortum vaſorum eſſe aſſeverant, ubi vas à principe parte aliquid deferens, primum emergit, ut in præcedenti quæſtione quoque fuit dictum, altiſſimiſque defixum radicibus, ſubſtantiæ ipſius inhæret: jecur, cui vena Cava infinitis propaginibus intexitur; cui quoque venæ portæ ſoboles innumeræ permiſcentur: in quod vena umbilicalis in fœtu pertingit, venarum principium erit ſtatuendum. Si vero eam originem ſtatua-

ſtatuamus, qua vas principis partis ſubſtantiæ, à qua dimanat, exacte continuatur, ab eaque divelli non poteſt, ubi quoque major ipſius truncus caudexque, Cor ipſum, uti ex ſiniſtro ventriculo, arteriam magnam, quod nemo negavit, ſic ex dextro ſinu venam cavam promit ampliſſimam, ipſius ſubſtantiæ pertinaciſſime cohærentem, atque ad hepar deductam, duo quoque alia vaſa confuſæ & permixtæ naturæ, ad pulmones delata, erit dicendum principium.

Hæc ut veritati conſentanea ſunt, ſic majorem dubitationem movent, ut cuinam parti origo hæc ſit aſcribenda, nondum conſtet. Quod magis urgent Venæ arterioſæ & arteriæ venoſæ, cum pulmonum ſubſtantia confuſio, à qua tamen nemo ſanæ mentis ipſas progreſſas, ſicuti à corde unquam prodire, auſus fuit aſſerere; ut neque emulgentes venas à renibus, arterias à liene, cui tamen multæ myriades implicantur. Ita ut rurſum hepati ortum venarum acceptum referre vereamur, quemadmodum nec cordi, cum ipſius ſubſtantiæ cum venis nulla prorſus ſit ſimilitudo, cum ſanguinis non ſit officina, cum venæ nõ pulſent, cum non omnes venæ eo pertin-

tingant, & vas umbilicale & vena portæ, cordi nullibi adnaſcantur.

Cæterum ſi de obſcuris & dubiis rebus non modo ratione, quæ ex ingenii acie prodit, verum etiam obſervatione experientiaque, quæ ſenſuum beneficio concipitur, judicandum eſt. Intelligemus ſtatim in prima hominis conformatione, fœtus partes æq; omnes conformationis ſuæ adumbrationem & rudimentum nanciſci, membraque ſimul omnia conformari ſpermatica, atque increſcere, nullumque prius aut poſterius altero, aliudve ex alio oriri, ex certis hiſce demonſtrationibus patebit evidentius.

Poſteaquam utero fœcundum ſemen conceptum eſt, priuſque formã aliquam abſolutam, partes quæ ex eo generantur, conſequantur, ſanguineque nutriantur & increſcant, hæc primo menſe fere perficiuntur. Exurgit primum vis illa procreatrix in ſemine latens, & recondita ac inſigniores ſeminis portiones, quæ à tribus parentum principiis defluxerunt, in tres quaſi bullas ſpiritibus turgentes diſponit, quę jecoris, cordis atque cerebri rudimenta ſunt. Eadem vi partes craſſiuſculas quæ in oſſa
abitu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

abituræ ſunt, tenuiſſimaque filamenta, quæ nervis, venis & arteriis materiam ſuppetunt, latiuſculaſque quæ fœtum ambientia involucra membranaſq; corpus involventes futuræ ſunt, certis ſegregat atque diſcernit. Quæ ſeptem diebus fere perficiuntur, ita ut tum rejecto embryone, informis quædam maſſula bullis diſtincta appareat.

Ab eo vero ad trigeſimum uſq; diem, conformatrix facultas opus aggreſſa, ſolidarum partium conformationem ex ſemine tantum inſtituit. Atque inchoata primum principia, cor, jecur, cerebrum propria figura exornat, mox & nervi effinguntur, venæ atque arteriæ excavantur, omnes in fœtus umbilicum deductæ, à quo duplicem qua involvuntur membranam pervadentes matris uteri venis continuantur, atque oſculis adhærent. Eadẽ opera tum membranæ fœtum involventes firmantur, ut & reliquæ membranæ. Viſcera item interna robur nanciſcuntur, Cutiſq; concreſcit, omnia contegens, oſſaque figuram aliquam duritiemq; ſenſim acquirunt. Hæc omnia in puro ſemine, ex parentibus commixto, tantum perficiuntur, nullo adhuc accedente ſanguine, non-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ne, nondum aucto, nondum amplificato conceptu, neque rubore aliquo perfuſo. Ita quidem abortum ante quadrageſimum diem, ut Hippocrates notavit, ſic & poſt eum multi, & ego quoque ex brutorum animalium rejectis, non ſemel obſervavi, fœtum immaturum ejectum, vere ac prorſus conformatum, ſeminis quantitatem mole ſua nondum exceſſiſſe, cujus partes omnes albæ erant, jecore excepto, in quod vena umbilicalis ferebatur, ſanguine conferta, fœtum poſtea nutritura. Cujus magnitudo vix piſciculum minutiſſimū licet excedat, Caput tamen par eſt avellanæ, & majus pro reliqui corporis proportione. Nam cum cerebrum tantum ex ſemine conſtet, reliquæ vero partes omnes ſanguine enutritæ, molem ſuam primum accipiant, Caput majus toto quo utero geſtatur tempore, ſemper apparet. Oculi his ut cancris exerti, Naſus, Auriculæ eminent, Brachia, Manus, Crura, Pedes, cicadarum inſtar, hiſque ſecreti Digituli, Penis conſpicuus, Scrotum milii magnitudine. Omnia cute tenuiſſima pellucidaque contecta, per quā interiora cernebantur: Viſcera fibroſa: Vaſa filis aranearum ſubtiliora, Membranæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

branæ cæparum pelliculis tenuiores ſplendidioreſque. Oſſicula flexibilia adhuc & mucoſa. Omnia hæc alba & ſeminis æmula. A'die enim trigeſimo, conformatæ partes ſolidæ, nondum adauctæ, nutriri incipiunt, carne fulciri atque increſcere. Idque ex menſtruo matris ſanguine, qui per ſecundinas fœtus umbilicum pertranſiens, hepati affunditur, atque inde per venas tum portæ tum cavam, undique fibris accreſcit, ipſarumque capacitates quæ inanes erant, ſenſim carne implet atque adauget, tum in muſculis tum aliis viſceribus.

Hæc donec fœtus ad perfectum complementum perducatur, ſitque jam ad partum abſolutus atque maturus, natura pulchre molitur. Ex quibus ſatis conſtare arbitror, uno eodemque tempore partes ſimul omnes delineari, alio item conformari, ſpeciemque accipere: alio adaugeri atque increſcere, neque ex ſpermaticis partibus aliam ex alia prodire.

Verum cum magna ſit partium functionis cauſa varietas, cum alię dum fœtus utero incluſus eſt, licet formatæ ſint, otioſæ tamen deliteſcant, aliæ contra

tra ſimul opus ſuum ſtatim efficiant, fieri omnino nequit, ut omnes natura æque promoveat, ſed ut aliæ citius, aliæ tardius formam abſolutam conſequantur, atque jam genitæ dicantur. Quænam vero illæ ſint, facile patebit, ſi in memoriam revocaverimus facultates, quibus gubernatur.

Fœtum ab initio ex ſemine recens conformatum, ſanguinis duntaxat beneficio nutriri, haud ſecus ac ſtirpes terræ ſucco calore tantum innato vivere, certum eſt. Mox vero ſpiritu vitali accedente, animantium inſtar vivere. Poſtremo omnium moveri & ſentire, omnibus in confeſſo eſt. Cæterum hæ facultatum functiones, cum certis inſtrumentis (ut quælibet actio) perficiantur, neque dum ſufficiant fœtus principes partes ob exilitatem hiſce ſuggerendis, utpote cujus Jecur minutiſſimũ, ſanguinis illa quantitate procreanda (qua ad perfectionem conceptus opus habebat) maxime ſufficeret. Cor item exile, Spiritum vitalem abunde ſubminiſtrare non poteſt, aliunde & materiam & vitam advexit, à matris uteri & venis & arteriis ipſius ſanguinem ſpiritumque vitæ derivans, illum per venam umbilica-

bilicalem in venas proprias alliciens, hunc per arterias umbilicales, in arterias crurales deducens: ſic univerſo ipſius corpori diſtribuens, à quo materno ſanguine & hepar ipſum fœtus concreſcit, & reliquæ partes nutriuntur, à quo etiam matris Spiritu, cor ipſum una cum reliquis vivit, atque animali quoque Spiritui materia ſuppeditatur.

Pulchre DEO optimo maximo ita diſponente, ut homo non ex ſe-ipſo, ſed ex parentum ſemine primo conformetur, caloremque nativum accipiat, atque inde à matre alimentum, vitam & Spiritum deſumat, donec eo perfecto, & ad ſui nutritionem, vitam, ſenſum & motum, propriis utatur organis.

Patet ergo fœtus ipſius hepar, ut cor dum matre continetur, cum neque illud ſanguinem generet, neque hoc ſpiritum vitalem procreet (ſunt enim jam hæc in matre ſatis elaborata) proprio munere minime fungi. Ut & cerebrum ad 4. fere menſem otioſum eſſe, cũ conceptus prius non moveatur, nec ante partum ſentiat, experientia comprobat. Quo tempore etiam reliqua viſcera opus proprium nondum aggreſſa ſunt, neque enim ventriculus chylum conficit,

cit, unde & nulla excrementa in inteſtinis colliguntur, nec pulmones ſpirant, occluſis exacte tunc naribus atque ore. Oculus quoque non videt, auris non audit, lingua non guſtat.

Tantum igitur vaſa, poſtquam fœtus increſcere incipit, venæ primum, inde arteriæ, tardius nervi, illæ ſanguinem matris deferentes, aliæ ſpiritum advehentes, hi tandem motum efficientes, munus deſtinatum exequuntur, cum reliquæ totius corporis partes interea in actum opus minime producant.

Jam ſi ad functionem exequendam, inſtrumenti forma perfecta requiratur, quis dubitat Venas primum perfici, excavari, abſolutam figuram & perfectionem conſequi, jecore nondum integre perfecto, nondum quicquam efficiente. Ut revera nihil in fœtu manifeſtius, nil latius & majus vena umbilicali: Dedit hoc occaſionem multis, ut hepar ipſum à venis pronatum, non venas ab hepate, non inepte pronunciarent, cum jecur nil eſſe, quam implexum venarum infinitum, cui concretus ſanguis obnaſcitur, inficiari nemo poſſit.

Sic quoque arteriæ formantur, pulſant, ſpiritumque deducunt priuſquam

cor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

cor vel ullum motum perſentiſcit, quicquid de origine arteriarum à corde dicant. Hæc enim poſtquam in lucem editus eſt infans, primum operantur, cum jam ſolidiorem cibum per os accipit, tunc ex chylo hepar ſanguinem efficit, cum per nares aërem reſpirationis cauſa attrahit, tunc cor pulmoneſque dilatantur conſtringunturque.

Vidi hoc ſæpius in brutorum maturo jam fœtu, per abortum cum membranis ipſum ambientibus rejecto. Exteriori enim effracto involucro, per interius, quod valde pellucidum eſt, videre potui, quam fœtus à matre jam ſeparatus reſpirare conetur, nec poſſit tamē, cum aëri ad ipſum involucri cauſa non pateat aditus, ita ut ſtatim ſuffocetur, niſi interiori involucro ſciſſo, aërem continuo ducere poſſit. Unde uſu edoctæ obſtetrices, vas umbilicale non prius vinculo intercipiunt, donec involucrum diſrumpant. Quæ bruta ex naturæ inſtinctu dentibus diſcindunt.

Cerebri longe alia eſt ratio; hoc enim cum non tantum materiam aliquam, ut hepar vel ſpiritum, ut cor, ſed etiā propriam ſubſtantiam undique ad partes tranſmittat, dorſalem medullam & nervos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

vos, à matre hi fœtui derivari minime potuerunt: ſufficiebat enim matri ſi ſanguinem quo fœtus aleretur, ſi ſpiritum quo viveret, conferret, quæ non gravida muliere, certis periodis tanquam ſupervacanea expurgantur. Partes autem ſolidas mater de ſuis ſubminiſtrare non potuit. Atque ideo fœtus nervis ad motum propriis utitur, ab ipſius cerebro ſingulis partibus contributis, in eaſque diſperſis.

Cumque cerebri ſtructura tardius quoque perficiatur, ſerius movetur infans, nec ſentit, donec nonnihil confirmato & adaucto cerebrò, infans à matre jam excludatur. Neque tum principes adhuc functiones exerit, donec cerebrum ad molem convenientem exereſcat, ſicque ratiocinari reminiſcique paulatim incipiat, quod poſt infantiam ſerius aliis, aliis citius evenit, prout cerebri conſtitutio perfectior atque exquiſita.

Videor jam mihi obtinuiſſe quod volo, etſi vitiò minime dandum, ſi à veterum placitis nonnihil diſcedo, tandē effeciſſe, Venas ipſas una eademque opera, cum cæteris ſpermaticis partibus genitas, formatas, atque ex ſemine pri-

mam

primam originem traxiſſe. Ad hæc primas omnium perfecta ſpecie ornatas abſolutaſque,ſuum opus perficere, necdum in fœtu ab adultiorum venis, niſi mole, qua indies ob ſanguinis copiam magis magiſq; dilatantur, differre. Quæ non tantum rationibus nixi, ſed & demonſtratione vera ſenſuum beneficio ex Anatome didicimus(quam ſimul omnibus philoſophis, ad quos proprie ea pertinet, commendamus) atque ea aſſerere non dubitavimus, cum omnibus, maxime philoſophis, jucunda & grata fore exiſtimaremus. Cujuſmodi & multa in quæſtione præcedenti fuerunt allata, quæ hic ob quæſtionum ſimilitudinem repetere non abs re fuit.

PETRI GASSENDI
Elegans de
SEPTO CORDIS PERVIO
Obſervatio.

ENarrabo quod ipſe vidi. Cum Aquis-Sextiis degerē, quoties Diſſectio celebrabatur, intereram frequens theatro Anatomico.

mico. Conſtanter autem pluribus annis obſervaram diſſectores, dum cor haberent præ manibus, tentare ferro obtuſiuſculo, quod ſpathulam vocant, ipſius ſepti penetrationem, concludereq; cum Medicis tranſmiſſionẽ ſanguinis è dextro ſinu in lævum debere per tranſudationem inſenſibilem fieri. At cum diſputari contigiſſet ante octo annos de profeſſione Anatomes, adfuit inter Antagoniſtas chirurgus induſtrius, nomine Payanus, qui rem ſecus eſſe ſpectantibus nobis demonſtrare voluit. Is itaque ſpathulam uſurpans, mediaſtinum cordis penetrare aggreſſus eſt. Id vero tentavit non recta, ut alii: ſed extremo primum ferro ſubingreſſo (mille ſiquidem januæ, quæ ſepti eſt textura, patent) progreſſum fecit leviſſime; quippe ferrum ſurſum, deorſum, & ad latera patientiſſime contorquendo, exploravit ſemper ulteriorem aditum. Quid moror? facta demum eſt in lævum uſque ſinum penetratio. Cæterum autem, quia nos cauſabamur factum fractionem aliquam; juſſit ipſe novacula ad ferrum uſque, ſeptum incidi. Sectione facta, nihil prorſus fuiſſe temeratum deprehendimus: ſed meatum ſolum, ſeu canalem obſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

obſervavimus (etſi qer varios quaſi mæandros, & cuniculos circunductum) membranula tenuiſſima, politiſſimaque intectum. Hi igitur meatus ſunt, quos obiiciebam Fluddo (qui ſe illos quoque neſcire non obſcure profeſſus eſt) ut cũ illi revera ſint, nec fruſtra eſſe debeant, & aliunde cauſſa ſit in promptu, ipſa ſanguinis è dextro ſinu in lævum percolatio, ſanguinem illum arterialem hac derivari arguerem. Sane veriſimile eſt ſubtiliorem ſanguinis portionẽ hoc ſepto veluti exſugi, & compreſſione percolari; craſſiorem vero cum fuligine inde relicta in patentem venam arterioſam ingredi, pervadereque, & nutrire pulmonum ſubſtantiam: tum quod ſubtilius reſiduum fuerit, in venoſam colligi arteriam, ut relicto, & abjecto per exſpirationem fuliginoſiore, & craſſiore halitu; una cum aëre puriore per inſpirationẽ inducto influat in lævum ventriculum, ſeu ſtillatim, ut neceſſe eſt aſſerat communis opinio; ſeu affatim, ut velle videtur Harvæi ſententia.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

MELCHIOR SEBIZIVS
Med. Doct. & Profeſſor in
Academia Argentoratenſi,

De

NOTIS
VIRGINITATIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

DE NOTIS VIRGINITATIS QUÆSTIO.

An certa & indubitata Virginitatis ſint ſigna?

GRavis & ardua hæc eſt quæſtio, eaque non curioſa: ſed omnino utilis ac neceſſaria. Accidit enim aliquando, ut Sponſus de virginitate Sponſæ ſuæ dubitet, eamque aut in jus vocet: aut ſaltem apud parentes & ſanguine junctos violatæ caſtitatis accuſet, divortiumque petat, vel de deſertione cogitet. Quare, ut juſta ferri ſententia poſſit, cognitum perſpectumque eſſe decet, Medicis maxime, quorum judicium à Iudice poſtulatur, an talia ſigna exiſtant, quæ certo & infallibiliter Virginitatē nobis patefaciant?

De hoc autem quæſito diſcrepantes ſunt doctiſſimorum hominum ſententiæ. Alii namque affirmantem: alii verò negantem defendunt.

Qui affirmativam tuentur, cap. 22. *Deuteron.* proferunt, ubi linteamina, in quibus novi conjuges concubuerunt, pro indubitato Virginitatis indicio habentur, ſi ſanguine ſint tincta. Et ſi talia parentes maritatæ filiæ exhibere potuiſſent Magiſtratui, filia quidem à crimine læſæ caſtitatis liberabatur: ipſe verò maritus, qui propter conceptum odium, & ſperatum divortium eam falſo diffamarat, loris cædebatur, centumque argenti ſiclis, h.e. ut *Oſiander* explicat, 25. taleris, patri filiæ, ſine cauſa diffamatæ, tradendis, mulctabatur, cogebaturque eam habere, ſi vel maxime rumperetur, uxorem: neque ullo unquam tempore illam repudiare poterat. Quodſi verò parentes cruentatum monſtrare linteamen nequiviſſent: & maritus ex illius defectu corruptionem uxoris probaſſet, tum uxor educebatur extra fores domus patris ſui, & lapidibus obruebatur: quoniam nefas feciſſet in populo Iſrael: nempe quia fornicata in domo patris ſui.

Deinde δοκιμασίας quaſdam, ſive *probationes* adducunt, quibus virginitatem certo ſciri poſſe jactitant.

Primam habet *Severinus Pinæus in*

opuſculo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

*opuſculo phyſiol. & anat. cap.*5. Ait enim, ſcribere nonnullos, intactam eſſe virginem, ſi filum ei ab extremo naſo ad ſuturæ coronalis medium & finem ſagittalis, per glabellam & frontem mediam extenſum, collum ejuſdem puellæ intra ſe comprehendere poſſit.

Secundam *Petrus Foreſtus*.28. *in ſcholiis obſervat*.55. ubi refert, virginem eſſe, quę ex lapatho trito carbonibuſque injecto, & ſuffitu inde excepto ſeſe perminxerit.

Tertiam *Plinius* l. 36. c.19. Nam ſuffitum lapidis Gagatis virginitatem deprehendere dicit. Quo verò modo, non addit. Explicat autem *Anſelmus Boëtius, l.* 2. *de Lapid. & Gemm. cap.* 165. Virginitatem, inquit, Gagates non ſolum ſuffitu, ſed etiam potu explorat. Nam ſi pulverem bibat inſcia Virgo, urinam minime reddit: reddit autem, ſi corrupta fuerit: idemque facit, ſi Gagate ſuffumigetur.

Quartam quidam Secretiſtæ. Si ſemen portulacæ ſpargatur ſuper prunas, ita ut, cujus pudicitia exploranda, fumum excipiat, mirabilia videri dicunt, ſi ſit deflorata: nihil quicquam autem, ſi intacta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Quintam alii: quia virgines ab apibus, irritatis licet, minime feriuntur.

Tertiò ſigna quædam in medium *adferunt*, quæ de virginitate certo teſtari perhibent.

Primum extat apud *Scaligerum in comm.* lib.2. *hiſtor. animal. Ariſtot. t.* 51. virgines, ait, ad parietem etiam alto jaculatu emittere urinam queunt. Corruptæ ne retro quidem reddunt, ſed coxim conquiniſcentes.

Secundum apud pleroſque legitur Scriptores, imo etiam vulgo notiſſimum: eſtque anguſtia pudendi & ſinus pudoris, qui collum ſive cervix matricis, & vagina penis appellatur. Noſtræ obſtetrices dicunt, tantam eam eſſe, ut vix ovum columbinum admittat. Nam amplitudo ſi fuerit major, corruptionis ſignum eſſe dictitant.

Tertium itidem eſt vulgatiſſimum. Etenim quæ vocem mutarunt: quibus pinnæ narium ſunt flaccidæ: & mammæ amplæ atque lactariæ, virginitatis jacturam paſſæ cenſentur: contra quæ vocem conſuetam retinent: quibus narium pinnæ ſunt duræ, & mammæ parvæ, ſolidæ atque rotundæ, illibatæ creduntur.

Quar-

Quartum eſt, dolor in congreſſu primo: iſque ex dilatatione genitalium, quæ admodum ſunt anguſta, profectus. Unde *Terentius* primam coitionem acerrimam nuncupat.

Quintum reperitur apud Authores plurimos, eſtque membranula quædam, *Hymen* dicta: quam etiam *Eugium*, *virginitatis clauſtrum*, *integritatis argumentum*, *caſtitatis munimentum*, *florem virgineum*, *panniculum virginalem*, *germen floris*, *clauſtrum virginale*, *centonem*, *interſeptum virginale*, *cuſtodiam*, *ſigillum*, & *columnam virginitatis* appellant. Hæc cum venulis quibuſdam conſperſa ſit, rumpaturque coitione prima ſanguinem profundit: ex quo linteamina inquinantur: de qua infectione audiendũ forte *cap.* 22. *Deuteron.* quod ſupra allegatum.

Eam deſcribunt, quanquam diverſimode, *Avicenna* lib. 3. canon. fen. 21. tr. 1. c. 1. in fine, *Veſalius* l. 5. c. 15. anat. *Piccolhominus* lib. 3. prælect. anat. 9. *Fallopius* in obſervationibus anatomicis. *Platerus* in tab. anatom. *VVierus* l. 3. de Lamiis c. 20. *Andernacus* lib. 1. Inſtit. anatom. *Berengarius Carpenſis* in Iſagog. anatom. pag. mihi. 10. *Varolius*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

cap.4. anatom. *C. Bauhinus* lib.1.theatr. anatom. c. 39. *Spiegelius* lib. 8. de corp. hum. fabr. c. 18. Ponere etiam videtur *Scaliger* exercit. 175.ſect. 1. ſcribens, Eſt in Atlantis jugis occidentibus, quæ pars Surnag ab incolis nominatur, radix quædam, cujus eſu ad Venerem augendam continuandamque mirifice corroborentur. Quin ajunt, ſuper eam ſi quis urinam reddiderit, illico turgere libidinibus. Virgines, quæ præſunt paſcuis, ſi ſuper ea ſedeant, aut urinam faciant, eis perinde *rumpi Naturæ membranam*, atque ſi à viro fuerint vitiatæ.

Diximus, Hymena deſcribi ab Anatomicis diverſimode: ideoque diverſitatem illam Studioſis oſtendere operæ pretium eſt: quia non omnibus datum, adire tot Anatomicorum monumenta.

Conveniunt autem in eo plerique omnes, quod clauſtrum iſtud membrana ſit: unde etiam κατ' ἐξοχὴν ὑμὴν & ὑμένειον appellatur.

Conſentiunt etiam, membranulam iſtam tranſverſim ſitam eſſe in cervice uteri, & eſſe perforatam, quo menſes utrique, rubri atque albi, effluere poſſint: diſrumpi etiam concubitu primo, & fundere ſanguinem, eoque ſubſtratum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tum linteum inficere: quia venulis conſperſa.

Differunt autem primum in eo, quoniam alii eam ſemper & in omnibus virginibus ſecundum naturæ præſcriptum adeſſe volunt: ut *Veſalius*, *Piccolhominus*, *Fallopius*, *Aquapendens*, *VVierus*, *Berengarius*, *Coiterus*, *Spiegelius:* alii vero raro admodum, & in quibuſdam ſolum, idque παρὰ τὴν φύσιν adeſſe autumant: ut *Laurentius*, *Paræus*, *Columbus*.

Deinde in ſubſtantia: quia alii dicunt membranam eſſe carnoſam, ut *Veſalius:* alii venoſam & ligamentoſam, ut *Avicenna:* alii tenuiſſimam & aranearum telis ſimilimam, ut *Piccolhominus:* alii nerveam, non carneam, ut *Fallopius:* alii retiformem, ex pluribus venis & ſubtilibus ligamentis contextam, ut *Berengarius Carpenſis:* alii valde craſſam, quæ impediat, quo minus genitale viri in uterum immitti queat, ut *Columbus:* alii in junioribus tenuem atque ſubtilem: in adultioribus vero craſſiorem robuſtioremque, ut *Spiegelius:* qui tamen hymenem vult partim carnoſum, partim vero nervoſum eſſe.

Tertio in ſitu. Alii namque eam ponunt immediate poſt οὐρήθραν, ut *Fal-*

lopius: alii in medio cervicis uterinæ, ut *Berengarius*: alii in uteri collo, non procul ab orificio interno, ut *Piccolhominus*: alii ſub nymphis, ſive alis, quas myrtochila nuncupant, ut *Coiterus*: alii à tergo ejus partis, qua collum veſicæ in uteri cervicem implantatur, paulove interius, ut *Veſalius*.

Quarto in perforatione. Fuerunt enim, qui dixerint, membranulam eſſe cribri in modum crebris foraminibus perviam. Plerique vero unico ſolum foramine pertuſam eſſe ſentiunt: idque in medio: ut plurimum ſecundum longitudinem, ſeu per directum: raro per tranſverſum.

Quinto in deſcriptione tota. Communis enim ſententia eſt, hymenem membranam eſſe, venulis rigatam, in media fere cervicis uterinæ ſede locatam, uno foramine per directum perviam, ſituatam veluti diaphragma tranſverſim, ac propterea è cervicis uteri lateribus enatam, quæ in primo congreſſu connubiali diffringatur, ſanguinemque profundat, & ſubſtratum linteamen inquinet.

Sed *Avicenna lib.3. Can. fen.21. tract. 1.cap.1.* ſcribit, eſſe ante violationem puel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

puellę in collo matricis panniculos contextos ex venis & ligamentis valde tenuibus, ortos ex omni ejus colli parte, qui primo concubitu profuſo ſanguine diſrumpi ſoleant.

Varolius cap.4. anatom. docet, alas, ſive nymphas pudendi muliebris in inferiori parte interventu membranulæ cujuſdam ſimul jungi. Ideo, ubi mulieres primum viris junguntur, dolorem quempiam & ſanguinis profuſionem pati: eſſeque hymena nil aliud, quam membranoſam iſtam copulam, licet aliter apud claros viros deſcriptus inveniatur.

Severinus Pinæus lib.1. opuſc. phyſiol. & anat. cap.5. has hymenis deſcriptiones vanitatis & falſitatis arguit: dicitque, hymenem productionem quandam eſſe in ſinu pudoris, ex 4. carunculis, myrti baccas referentibus, totidemque membranis factam, & in truncatum, obtuſumve conum finitam, ſimilem admodum parvæ Roſæ ſemiexpanſæ: unde & floris virginei nomen illi inditum. Has autem carunculas ſitas eſſe in 4. angulis ſinus pudoris, (quem vulgo collum, ſive cervicem uteri nnncupant:) in ſingulis videlicet ſingulas: eaſque connectere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ctere, ſive ligare inter ſe 4. membranas carnoſas, poſitas ſingulas in ſingulis caruncularum interſtitiis. Haud ergo hymenem membranā eſſe unam, & tranſverſim poſitam, ſed quatuor, eaſque rectas, ab inferno fine ſinus pudoris deorſum tendentes: nec 4. tantum membranas hymenem conſtituere: ſed 4. etiam carunculas ad clauſtrum virginale floremque puellarum componendum concurrere. Adhæc, non plura habere foramina parva, ſed unicum, idque ſatis inſigne, in extremitate clauſtri. Præterea ſanguinem, qui exit in defloratione, non à vaſis tantum ruptis atque apertis prodire: ſed etiam à carunculis diductis & attritis. Præter hunc hymenem quærere alium, vanum judicat. quicquid fictum ſcriptumve ſit ab Anatomicis ſe prioribus. Hanc enim productionem verum eſſe hymenem, & certiſſimam virginitatis notam, ſi integra inveniatur. Notandum verò eſſe, carunculas & membranas eas conjungentes, ipſamque adeo productionem, quā efficiunt, ratione quantitatis in aliis, eſſe breviorem, in aliis longiorem: reſpectu verò qualitatis in his craſſiorem, in illis, tenuiorem; eodemque modo & fora-
men

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

men, quod eſt in ejus extremo, in nonnullis eſſe amplius, in aliquibus anguſtius. Ex quo minor aut major primo in concubitu difficultas.

Hanc hymenis διαγραφὴν ſequitur *C. Bauhinus lib.* 1. *Theatr. anat. c.* 39. eamque veram eſſe dicit.

Ex *eorum albo, qui* ἐπιστημονικὰ καὶ συλλογιστικὰ Virginitatis ſigna, τεκμήρια alias vocata, negant, ſunt *Capivaccius* & *Augenius*. Vterq; quidē concedit, dari ſigna aliqua Virginitatis: ſed illa eſſe dubia, incerta, obſcura & fallacia, ex quibus nihil ſcientifici colligi poſſit. Eſſe igitur cognitionem & explorationem Virginitatis mere στοχαστικὴν: nequaquā ἐπιστημονικήν.

Etenim *Capivaccius in Tractatulo quodam de ſignis Virginitatis* ſcribit, ſi exploratio Virginitatis poſſibilis ſit, poſſe eam acquiri 4. ſignis: mutatione odoris: alteratione vocis: præſentia Hymenis: & generatione congeriei, ſive contextus venarum, qui veluti panniculum aliquem ad os cervicis uteri formet: quo primo in congreſſu diſrupto, ſanguis emanet. Odorem enim poſt deflorationem mutari in olentem, qui referat hircinum: vocem autem acutam tranſire in gravem: puram, ſive ſonoram, in raucam.

Verum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Verum, neutrum ſignum eſſe perhibet perditæ Virginitatis: quoniam etiam iis, quæ vere adhuc virgines ſunt, poſtquam exceſſerunt ex ephebis, utraque mutatio accidit.

Odoris quidem propter illas cauſas, quas nos quoque *Exercit.36. problem.2. ex Ariſtotele, Galeno, Langio, & Montalto* in medium protulimus.

Vocis verò propter conſtitutionem aëris & organum vocale, per quod ille fertur.

Eſt autem id in genere aſpera arteria: in ſpecie verò caput illius, quod dicitur larynx.

Nam circa pubertatis annos, etiam in non devirginatis, vox pura vertitur in impuram: acuta in gravem.

Prius fit, non ob coitum, ſed ob ſeminis generationem. Sonora quippe & pura vox redditur, cum aër, qui exufflatur à pulmonibus, purus eſt, & aſpera arteria, ac cumprimis ipſa γλωττὶς, lingula, ſive rimula laryngis, pura. At tempore pubertatis quo ſemen generari incipit, utrumque fit impurum: tum quia vitales ſpiritus largius, quam antea, in teſtes diffunduntur: unde reliquum corpus eos habet pauciores, & humores

atque

atque excrementa non ita bene coquit, ut prius : tum quoniam teſtes qualitatem ſuam ſeminalem, quæ gravis ac viroſa, toti corpori, & per conſequens etiam laryngi impertiuntur. Poſterius verò accidit: itidem non ob deflorationem : ſed quia vocalia organa ampliora evadunt.

Hymenem dicit aliquando adeſſe, aliquando verò abeſſe. Et ſi adſit, ſecundum *Aëtium* morbum eſſe. Abſentiam ergo illius non arguere devirginationem : nec præſentiam de virginitate teſtari. Poſſe enim foramen habere magnum & amplum : atque ita neque pudendi virilis ingreſſum, neque ſeminis immiſſionem impedire.

Contextum venarum, panniculum quendam efformantem, quod ſpectat, monet *Capivaccius*, illum non eſſe perpetuum. Quo fit, ut eo præſente, non neceſſario probetur virginitas : nec abſente violata judicetur. Evenire quoque poſſe, ut in congreſſu connubiali ſanguis minime profundatur: ſi ſcilicet venę ſint paucæ : genitale mulieris amplum : virile contra parvum.

Augenius tom.2. Epiſtol. & conſultat. medicin. l.1. negat, virgines, qua virgines,

nes, (ſunt autem, quæ intactæ, h.e. quæ virum nunquam expertæ) peculiarem aliquam partem habere, qua ſint deſtitutæ mulieres. Ideoque ſcientificum Virginitatis ſignum non reperiri.

Si dicas, Hymenem illum eſſe τεκμή-ριον, illumque I. oculos videre. II. magnos viros adſtruere. III. imperforatum ſupprimere menſes, & conceptionem impedire. IV. ruptum profundere in primo coitu ſanguinem. V. linteorum cruentationẽ docere literas ſacras *Deuteron.* c.22. VI. inſpectionem & probationem admitti de jure Pontificio. VII. obſtetrices virginitatẽ docere ex præſentia hymenis & anguſtia genitaliũ: reſpõdet ille, ſi hymen adſit, adeſſe præter naturã: naturaliter autẽ adeſſe nunquã.

Probat hoc authoritate, αὐτοψίᾳ & ratione.

Authoritates in promptu ſunt plurimæ. Nam *Galenus l. de diſſect. uteri* ne verbulo quidem illius meminit. *Oribaſius l.* 24. *collect. c.* 32. hymenem refutat ſequentibus rationibus: I. quia in diſſectione non obſervatur. II. quia ſi adeſſet in virginibus, deberet immiſſo ſpecillo aliquantulum reſiſtere. At ſpecillum uſque in profundum, ſine obſta-

culo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

culo, ingreditur. III. quia ſi præſto eſſet, & dolorem cauſaret, cum rumpitur in defloratione, utique etiam dolorem parere deberet, ante deflorationẽ, cum menſes fluunt. IV. quia non, ut partes aliæ, certo & definito in loco conſiſtit: ſed modo prope labia pudendi mulie-bris: modo in medio cervicis uteri: modo ante os uteri internum, aut etiam in ore ipſo. *Valleſius l. de ſacr. Philos. c.25.* membranam iſtam plane reiicit: idemque faciunt *Lud. Vaſſæus* in tabulis anatomicis, & *Fernelius l.1. φυσιολογ. c. 7.* *Columbus l.* 11. *c.* 16. ait, hymena raro adeſſe: & *l.* 15. teſtatur, ſe ter duntaxat illum inveniſſe: bis in duabus parvulis puellis, & ſemel in natu majore. *Paræus l. de hom. generat. c.*42. ſcribit, ſe hymena ſemel tantum in virgine 17. annos nata deprehendiſſe: in aliis nunquam: licet ſibi ex Noſocomio Pariſienſi plena eſſet corporum copia, eaque in virgunculis omnis fere ætatis, à trimatu uſque ad duodecimum annum. Ad horum ſententiam ſuum quoque judicium adſcribit *Laurentius l. 7. anat. cap.* 12. & *quæſt.* 13. cujus tamen *Augenius* non meminit. Inquit enim, ſe & abortivas puellas, & trimeſtres, & trium, quatuor, ſex,

ſeptem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

ſeptemque annorum virgines diligenter obſervaſſe, & ſpecillo ad uteri os internum usque immiſſo, nihil quod reſiſteret, inveniſſe. Quodſi tranſverſa illa membrana in medio cervicis ductu, aut etiam in principio adfuiſſet, ſpecillo illam probare fuiſſet facilimum. Credit ergo, hymena figmentum eſſe: idque eo magis, quoniam ſi adeſſet, nullum uſum haberet. At natura nihil fruſtra molitur. Quodſi adſit, præter naturam adeſſe putat, & morbum eſſe organicum in vitiata conformatione opinatur. Videmus enim, quibuſdam à primo ortu, aliis ab euentu, ut ab ulcere, & tumore præter naturam alio, ad uteri extremum nunc membranam, nunc carunculam adnaſci, quem affectum *Avicenna* vocat clauſuram, Albucaſis alraticam, Græci φίμωσιν καὶ φίμον, & eas mulieres, quæ ſic affectæ ſunt, ἀτρήτους, h.e. imperforatas appellant: de quo *Aëtius* tetrab.4. ſerm.4. c.96. *Paulus* l. 6. c.73. *Celſus* l.7. c.28. & *Albucaſis* l.2.

Α’υτοψία itidem præſto eſt fide digna.

Lis erat, ſubdit *Augenius loco ſupra allegato*, Romæ, cum Medicinam ibi profiteretur, inter *Bartholomæum Euſtachium, & Realdum Columbum.* Is enim

nim hymenis præſentiam negabat: hic affirmabat. Provocatum ad αὐτοψίαν. Secuit *Columbus* in Xenodochio D. Mariæ conſolationis Virgines duas: alteram 9. alteram 12. annorum, in magna hominum corona, & hymen non invenit. Vnde publice profeſſus, ſe hac in re aliorum authoritate & teſtimonio deceptum eſſe. Idem ſe obſervaſſe ſcribit Ferrariæ, anatomen adminiſtrante *Canano*.

Rationes *Augenius* proponit quatuor.

Prima hæc eſt. Si hymen datus Virgini, ut pars virginitatis index, utique pars erit, vel eſſentialis, vel quantitativa, vel accidentaria. At non eſt primũ: quia neque materia, neque forma eſt, neque omnibus ineſt. Pars quippe eſſentialis horum quid eſt, & perpetuo ineſt compoſito. Neque ſecundum: quia pars quantitativa totum complet & integrat, adeſtque ſemper, eaque abſente, totum mancum eſt & mutilum. Sed abſente hymene, (abeſt autem ſæpius) nihilominus corpus perfectum eſt. Itaque tertium eſt, nimirum aliquid accidentarium & præter naturam, quemadmodum calculus in renibus & veſica, ſextus digitus in manu, unguis in oculo.

Secunda. Virginitatis ſignum eſſe poteſt σύμφυζις illa, h. e. adſtrictio, corrugatio & anguſtia laterum cervicis uteri. Quid ergo opus novo clauſtro, hymene? Non facit enim natura per plura, quod commode facere poteſt per pauciora.

Tertia. Natura generat partes alicujus finis & uſus gratia. At hymen nullum uſum habet: quia potius nocet: quia impedit conceptum & effluxum menſtrui, ſi ſit imperforatus. Quod ipſum etiam atteſtatur *Paræus l. de hom. gener. c.* 38. *&* 42. Ait enim, arcere exceptionem ſeminis virilis, cauſamque eſſe ſterilitatis muliebris. *Columbus l.*11. *c.* 16. vult, prohibere, quo minus penis immitti poſſit in uterum. Membranam enim eſſe craſſam: foramine tamen donatam, per quod poſſint fluere menſes.

Quarta. Partes ex naturæ intentione genitæ, certam ſemper magnitudinem habent, certoque ac definito in loco ſitæ ſunt. At membrana hæc nihil horum ſervat, ut ſupra oſtenſum.

Reſpondet ergo Augenius ad primum argumentum, quod petitum erat ex loco teſtimoniorum, & authoritatem authoritati, experientiam experientiæ opponit.

nit. Viſum quidem concedit hymena à viris magnis: ſed & ab æque magnis minime obſervatum aſſerit.

Ad ſecundum dicit, ſic eſſe, quod interdum hymen adſit, & quidem imperforatus: & quod hanc ob cauſam menſes ſupprimat, conceptumque impediat: ſed adeſſe tanquam partem accidentariam, quæ ſit præter naturam, ac proinde actiones lædat.

Ad tertium. Similiter admittit, vere virgines ut plurimum primo in congreſſu profundere ſanguinem, & dolorem potius, quam voluptatem aliquam percipere: ſed negat, accidentia hæcce ob ruptum ὑμένα fieri. Cauſam eſſe aliam, etiam ab *Almanſore*, *Oribaſio*, *Fernelio*, *Paræo*, *Valleſio*, & aliis traditam: nempe anguſtam, conniventem & rugoſam uteri cervicem, venulis atque arteriolis intertextam, quam primus coitus violenter dilatet, & vaſa ejus atterat, eaque vel aperiat, vel rumpat, unde ſanguinis profuſio.

Profitetur tamen idem *Augenius*, & cum eo *Paræus*, ſanguinem non neceſſario profundi in omnibus: neque omnes, quæ illum profundunt, virgines eſſe.

Prio-

Prioris cauſa eſt duplex: una ex parte mulieris: altera ex parte viri. Ex parte mulieris: quando partes genitales, vel per morbum, vel per fluxum menſtruum ſive album, ſive rubrum, adeo ſunt emollitæ, ut facile cedant & extendantur. Item, cum mulier uteri cervicem habet viri genitalibus proportionatam, aut multo ampliorem. Adhæc, cum eadem eſt annoſa. Adſtrictio enim in hac eſt minor, & partium ſubſtantia firmior. Ex parte vero viri: cum membrum illius vel exile eſt, vel flaccidius & mollius, quale eſſe in languidioris & frigidioris naturæ viris ſolet.

Poſterioris ratio eſt: quoniam etiam corruptæ ſanguinē profundere queunt: vel quia tempore coitus menſes erumpunt: vel quia cervix uteri natura eſt anguſta: vel quia viro penis eſt valde rigidus & mole magnus: vel quia mulier virginalem ſibi adſtrictionem & anguſtiam cervicis uterinæ adſtringentibus & corrugantibus, ſive contrahentibus medicamentis conciliavit: id quod puerperæ quædam poſt partum, ut uterus ab aëris externi ingreſſu ſit liber: honeſtæ mulieres, ut viris placeant: & meretrices, ut virgines & illibatæ videantur, facere

facere ſolent: vel quia veſiculas quadrupedum felleas, aut utriculos piſcium ſanguine refertos intruſit fœmina, ac penitus in ſinum genitalis inſeruit.

Scribit enim *Paræus l.* 23. *de Hom.gen. c.* 42. reperiri, quæ lenarum, meretrices ad quęſtum pro virgunculis proſtituentium, infames artes edoctæ, utriculos & veſiculas haſce in pudenda intrudant, & adſtringentibus injectionibus ita uteri cervicem conſtringant ac corrugent ut lateribus ſuis connivere videatur: quo fraudis & doli neſcius Veneris tyrunculus credat, virginitatis clauſtrum ſe perrupiſſe.

Idem ſcribit *Augenius l.* 1. *tom.* 2. *conſil. & epiſt. c.* 5. & addit, tantum poſſe fraudes meretricum, ut viderit, 6. probatæ famæ obſtetrices mulierem quandam judicaſſe intactam, quæ tamen 7. ante menſibus puerum pepererat.

Hoc cruentatum linteolum incolæ Fezæ (alii legunt Faxæ) metropolis in Mauritania pro τεκμηρίῳ læſæ pudicitiæ habebant. Refert namque *Leo Afer l.* 3. *hiſtor. Afric.* apud illos ſponſum & ſponſam, ſimulatque ex ſponſalium ſolenni apparatu domum reverſi eſſent, conclavi ſe obſerato abdidiſſe oſtio, dum

nuptiale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

nuptiale pararetur convivium. Interim annoſam quandam mulierem præ foribus expectaſſe, & porrectum ſibi à ſponſo, jam marito, linteolum cruore conſperſum, in mediam invitatorum turbam ovantem detuliſſe, tanquam raptæ virginitatis opimum ſpoliū atque ſymbolum: hacque demum lege licuiſſe invitatis diſcumbere & convivari. At ſi forte fortuna genioque ſiniſtro, ſolenni illo coitu, nil ſanguinis ſponſæ per genitalia ſtillaſſet, redditam illam fuiſſe parentibus: hiſque magnum inde acceſſiſſe dedecus: invitatorum vero turbam triſtem & mœſtam impranſamque domum receſſiſſe.

Ad locum S. literarum ex Deuteron. c. 22. productum, reſpondet *Augenius* ex *Lyræ* & *Rabinorum* ſententia, verba ſcripturæ, ET EXPANDENT VESTIMENTA CORAM SENIORIBUS CIVITATIS, &c. non *κατὰ τὸ ῥητὸν*, ſed *κατὰ τὴν διάνοιαν* intelligenda eſſe. Ineſſe enim verbis iſtis ſenſum metaphoricum. Expandere enim veſtimenta, ſive linteamina, in quibus novi ſponſi actum connubialem exercuerunt, ſignificare ſecundum *Rabi Salomonem* diligenter in rem inquirere, & cauſam penitus cognoſcere: neque in re tam

re tam gravi ſententiam dicere, niſi prius exploratum ſit, fueritne ſponſa ante concubitum cum ſponſo corrupta: an ſponſus odio ſolum ductus de læſa virginitate illam accuſarit? Quemadmodum enim expanſum linteamen nihil celat, ſed omnes ſibi inhærentes maculas ſpectantium oculis ſubjicit: ſic induſtria cauſæ cognitio, & accurata circumſtantiarum exploratio accuſatæ ſponſæ vel corruptionem, vel integritatem & caſtitatem palam facit. Valde enim turpe & indecorum fuiſſet, inquit *Lyra*, ſi linteamina illa publice ſenioribus & judicibus civitatis fuiſſent oſtenſa. Senſum ergo & ipſe putat metaphoricum & parabolicum eſſe: & expandere veſtimenta idem hic denotare dicit, quod per verba teſtium declarare, & probare virginitatem filiæ.

Ad authoritatem juris Pontificii reſpondet Augenius, c. 7. loci citati, inſpectionem genitalium, & explorationem Virginitatis etiam de jure Pontificio fallacem eſſe: ideoque in cap. cauſſ. Matrimonii de probationibus tradi, inſpectionem iterandam eſſe. Cujus iterationis cauſa redditur in cap. *nec aliqua* 27. quæſt. 1. quia oculus & manus obſtetri-

cumſæpe falluntur. Quod ipſum etiam probat Abb. in c. ultimum de frigidis & maleficiatis: ubi Iudicibus præcipitur, quod licet præceſſerit puellæ inſpectio, ſeptima tamen propinquorum manus adhibenda ſit: & numero 10. in fine monet *Abbas Panormitanus*, juramentum propinquorum ſemper neceſſarium eſſe: quia virginitatis probatio fallax ſit. Addit inſuper *Augenius*, placitum ſuum nequaquam contradicere Iuri Pontificio. I. Quia Inſpectionem cum Iure iſto admittit: ſed cum eodem dicit eſſe fallacem. Eſſe enim στοχαστικὴν ſolum: neutiquam ἐπιστημονικὴν. Quo nomine ſæpius repetitur. II. Quia docet, Virgines non habere aliquam partem, qua deſtitutæ ſint mulieres. At Ius Pontificium contrarium minime ſtatuit. III. Quia credit, nullo certo ſigno diſtingui poſſe virgines à mulieribus. Quod Iuri Pontificio eſt conſentaneum: quod dicit, manus & oculos obſtetricum ſæpe falli.

Ad obſtetricum teſtimonium reſpondet, id nullius eſſe hili. Eſſe enim obſtetrices noſtras talium rerum ignaras: & nil ſcire aliud, quam fœtum excipere gremio, umbilicum reſcindere & ligare, & quædam levioris momenti alia præſtare.

ſtare. Ideoque illarum judicio minime acquieſcendum. Propterea neque de Iure Civili cognoſcendi munus ipſis fuiſſe datum. Scribit namque *Iacob. Cujacius l. 17. obſervat. c. 20.* virginitatem explorare, eſſe in difficili, ac pene impoſſibili: nec hujus rei unquam legi obſtetricibus delatum arbitrium. Concedit quidē obſtetricibus inſpectionem ventris, ut ſciatur, an mulier uterum gerat? Non legitur autem, iiſdem demandari δοκιμασίαν virginitatis.

Concludit ergo *Augenius*, δοκιμασίαν virginitatis non eſſe certam: ſed fallacem. Haberi quidem illius ſigna: ſed non eſſe certa, propria & inſeparabilia. Eſſe ergo probabilia tantum quæ virginitatem non probent apodictice. Neque reſpiciendum ſolum eſſe in δοκιμασίᾳ iſta ad Hymena, anguſtiam cervicis uterinæ, dolorem & ſanguinem, qui in primo coitu linteum ſubſtratum inficiat: ſed etiam ad naturam & ingenium virginis, ejuſque mores, & educationem, ut δοκιμασταὶ eo certiores reddantur.

Vere enim propria illa cenſeri, monet quæ uni, ſoli, ac perpetuo inſunt. Hymena autem non ineſſe perpetuo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Anguſtiam genitalium non ſolis competere virginibus, ſed etiam corruptis quæ arte ſibi anguſtiam compararunt: quo fit ut neque dolor in primo congreſſu ſolis accidat virginibus. Linteum cruentatum non omnes exhibere poſſe: nec quæ exhibent, virgines neceſſario eſſe. Valere quidem argumentationem, ſi concludatur affirmative, & dicatur, Anguſtia adfuit genitalium, dolorē perpeſſa eſt, & ſanguis linteum fœdavit, Ergo Virgo fuit illibata. Non valere autem, ſi inferatur negative: anguſtia non adfuit, dolorem nullum ſenſit, neque ſanguinem profudit. Ergo Virgo non fuit. Non dari omnium rerum τεκμήρια, certa & inſeparabilia ſigna, quibus poſitis res ponantur: & abſentibus res quoque abſentes dicantur: ſed quaſdam res ita eſſe obſcuras, ut in illarum notitiam artificioſis duntaxat στοχασμοῖς penetrare liceat: horumque in albo etiam Virginitatem eſſe poſitam. Sic cōparatum eſſe in artibus & diſciplinis, ut quæ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ fiunt, veriſimiliter pronuncientur, non ſecus, ac ſi ſemper ita ſe haberent. Hinc factum eſſe, ut, cum virgines anguſta habeant latera cervicis uterinæ, dolorem in actu primo con-

connubiali patiantur, & cruore lintea-mina ſibi ſuppoſita perfundant, hæc ſi-gna tanquam propria & univerſalia Vir-ginitatis cenſeantur. Videri tamen o-mnium maxime Virginitatem non in alia aliqua re: ſed potius in naturali illa labiorum συμφύσει & adſtrictione conſi-ſtere. Hanc enim cauſam eſſe, ut pri-mus coitus ſit, velut *Terentius* loquitur, acerrimus, & à virginibus ſanguis pro-fundatur, ſiquidem ipſæ ſint teneriores & delicatiores: membrum autem viri rigidius, craſſius, & violenter impella-tur. Hoc namque conniventia & ad-ſtricta labia divellit, & quaſi lacerat: un-de cruoris effuſio: unde ſubſtrati lin-teaminis infectio.

Recenſuimus hactenus præſtantiſſimo-rum Medicorum de notis Virginitatis ju-dicia. Quid teneamus, breviter eloque-mur.

Credimus, neque nulla prorſus: ne-que tamen etiam neceſſaria, certa, in-dubitata, infallibilia, propria ac inſe-parabilia Virginitatis eſſe indicia, τεκ-μήρια à Logicis, à *Galeno* συλλογιστικὰ καὶ ἐπιστημονικὰ appellata: ſed probabilia ſo-lum, communia & ſeparabilia: ut rectiſ-ſime ſentiunt *Augenius* & *Capivaccius*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Quod enim aliqua illius ſint σημεῖα, plus quam ſatis ex dictis liquet. Inter ea verò principem tenere locum quatuor arbitramur: I. Hymenis præſentiam. II. Nativam laterum cervicis uteri conniventiam, ſive anguſtiam. III. Sanguinis in primo coitu profuſionem. IV. Dolores in ejuſdem exercitio perceptionem: quem non aliam habere cauſam putamus, quam continui quandam ſolutionem: h.e. dilatationem & diſtenſionem laterum cervicis uteri: virum nondum prius perpeſſæ.

Quod autem ſigna hæc τεκμήρια non ſint, inde conſtat, quoniam ita comparata ſunt, ut aliquando fallant: interdum etiam abſint, nec perpetuo Virginitatem comitentur: imo quædam illorum etiam in defloratis locum inveniant: velut ex ſupra dictis patet.

Conjungenda igitur univerſa: non accipienda ſingula: h.e. in exploratione Virginitatis perpendenda collective: nõ ſpectanda diſtributive. Singula namque parum probant: univerſa autem Virginitatem probabilem reddunt.

Priuſquam finiamus, placet coronidis loco problemata quædam movere: & *primum* quidem *de Hymene*, *utrum*

tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

tantum ens ſit fictitium & imaginarium, an reale, quod oculis cerni, & manibus palpari poſſit?

Pro figmento Hymena habent *Laurentius, Valleſius, Fernelius, Columbus, Paræus, Vaſſæus, Augenius, Capivaccius*, ut liquet ex ſupra dictis. Concedunt quidem, adeſſe in quibusdam: ſed παρὰ φύσιν: κατὰ φύσιν nunquam: quia vitium Naturæ.

Contra, rem naturalem eſſe, & pleriſq; virginibus conceſſam contendunt *Veſalius, Fallopius, Platerus, Andernatus, VVierus, Coiterus, Varolius, Berengarius Carpenſis, Aquapendens, Scaliger*.

Nos ridendos arbitramur, qui nunquam: explodendos, qui raro admodum, & in pauciſſimis ſolum, nec niſi παρὰ φύσιν Hymena adeſſe dictitant.

Adeſſe enim, & adeſſe non raro, multorum oculi perſpicaciſſimi viderunt. Nobis in ternis duntaxat puellis, valde adhuc infantulis, Hymena videre contigit. Non dubitamus autem, quin in pluribus idem Hymen ſpectandum ſeſe obtuliſſet, ſi de inquiſitione fuiſſemus ſolliciti.

Quos autē Hymenas vidimus, membranulæ erant tenues, quæ labiis puden-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

di manuum ſolum miniſterio, nullo alio adhibito inſtrumento, nullaque ſectione adminiſtrata, in conſpectum noſtrum veniebant. Repræſentabant verò Lunam falcatam, pleniorem tamen illam: & adhærebant tantum infernæ lateralibusque cervicis uteri partibus: ante viſicæ autem oſtium liber patebat exitus: adeo, ut in ſupera cervicis uteri parte nil fuerit illius repertum.

Sed videamus, an tela, quibus antagoniſtæ clauſtrum iſtud Virginitatis demoliri ſatagunt, infringere queamus.

Ajunt primum, Hymena haud obſervari in omnibus. At quid inde infertur? Nam neque ſuturæ omnes, neque omnes dentes, neque omnes coſtæ, neque omnes abdominis muſculi, neque omnia oſſicula ſeſamoidea, neque omnes muſculi lumbricales in omnibus viſuntur: neque in omnibus is muſculus invenitur, qui lati tendinis dicitur, & volam manus occupat. Num tu propterea partes haſce figmenta ſtatues? Abſonū!

Objiciunt ſecundo: deſcribi Hymena diverſimode, & in ſubſtantia, & in ſitu, & in figura, & in ſtructura tota. Sed ideone chimæram ex illo facies? Deſcribitur varie, quia à variis diverſimode ſe habens

habens obſervatus fuit, Miram varietatem in venis, nervis, arteriis, & vaſis ſpermaticis, maxime quo ad numerum atque exortum, cernere licet: neque tamen nugas illa credes.

Dicunt tertio, ſi adſit, vitium eſſe & morbum. At morbus id eſt, quod actionem lædit. Quam verò lædere hymena nobis perſuadebis? Num excretionem menſium? At probe purgantur, quæ hymena habent. Num mictionem? Sed mingunt libere, quibus flos iſte Virginitatis eſt adnatus. Num *συνουσίαν* connubialem? Atqui tenuis eſt, facileque perrumpitur. Propterea ne vel menſium eruptionem remoraretur, vel urinæ emiſſionem impediret, perforatum eſſe clauſtrum iſtud virginale Natura voluit. Si integrum eſt & imperforatum, vitioſe formatum eſt: quemadmodum etiam alias quandoque partes vitium in formatione habere comperimus.

Inſtant quarto, Galenum nullam hymenis feciſſe mentionem, ne quidem *in libro de diſſect. uteri*, quo in tamen diexodice hiſtoriam uteri deſcribit. At ne quidem rerum aliarum noſtri corporis, majoris ponderis atque momenti. Non enim omnia noverat *Galenus*; nec om-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

nia, quæ noverat, literarum monumentis conſignavit.

Vrgent quinto, immiſſo ſpecillo in collum matricis, nullum ſentiri obſtaculum. Credimus, ſi qua parte perforatum eſt, immittatur. Inficiamur autem, ſi pars ejus, quæ integra, tangatur.

Clamant ſexto, quia etiam ante deflorationem, cum menſes fluunt, dolorem pareret, ſi adeſſet. Sed cur quæſo dolorem crearet, cum liberum exitum menſibus præbeat?

Premunt ſeptimo, neque eſſentialem, neque quantitativam eſſe particulam. Non eſſentialem: quia neque forma ſit, neque materia. Non quantitativam: quoniam hæc totum integrat adeſtque ſemper. Si abſit, totum mancum facit & multilum. Eſſe ergo, ſiquidem adſit, particulam quandam accidentariam & acceſſoriam, ad totius completionem minime neceſſariam. Nos eſſentialem non eſſe partem, libenter largimur. Negamus autem, quantitativam non eſſe. Suo enim modo integrat corpus virgineum. Si dicas, partem non eſſe, quod non ſemper adſit. Regerimus, etiam alia interdum abeſſe: ut de oſſibus, muſculis, venis, nervis atque arteriis antea

proba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

probatum. Neque tamen recte concludi, partes non eſſe.

Perhibent octavo, Virginitatis ſignum eſſe conniventiam & anguſtiam colli matricis. Quid ergo alio opus? Quod enim Natura facere poteſt per pauciora, nunquam facit per plura. In ſuperfluis namque minime abundat: & in neceſſariis deficere non ſolet. Reſpondemus, ſic comparatum eſſe in natura, ut ſæpe unius ſignati plura ſint ſigna. Quid ergo abſurdi ſtatuitur, ſi Virginitatis plura ſigna dicantur? Quæ admodum incerta ſunt & dubia, certiora probabilioraque fiunt, ſi per plura ſigna probentur.

Secundum problema eſt de anguſtia colli matricis, an illa in omnibus obſervetur virginibus? Reſpondemus, obſervari, modo non vel ab externa, vel interna aaliqua cauſa collum iſtud laxetur dilateturque. Externa cauſa poteſt eſſe laſciva illius contrectatio & titillatio. Interna jugis & aſſiduus pituitoſorum ſeroſorumve humorum tranſitus, qualis eſſe ſolet in fluxu muliebri appellato. Nam & virgines illo laborare experientia docet. Hæc anguſtia principem fere locum tenet inter ſigna Virginitatis. Nã & profuſionis ſanguinis, & doloris, qui in pri-

in primo congreſſu percipitur, potiſſima videtur cauſa: & Authores omnes, etiam illi, qui Hymena reprobant, eam pro nota illæſæ caſtitatis admittunt.

Tertium eſt de cruentatione linteaminum, cujus meminerunt S. literæ, an illa ſint ob Hymena perruptum: an ob venulas colli matricis, conniventis adhuc, vel ſaltem adhuc anguſtioris, rarefactas apertas, aut laceratas? Reſpondemus, fieri poſſe ob cauſam utramque, ſiquidem Hymen adſit. Sin minus, tantum ob venulas colli matricis læſas.

Sed, *quod quartum eſt problema, perpetuumne eſt, compreſſas virgines lintea-mina cruentare*? Reſpondemus, apud Iſraëlitas perpetuum fuiſſe, ac propterea à parentibus filiarum elocatarũ ſtudioſe aſſervata, ut neceſſitate poſtulante teſtimonium eſſe poſſent Virginitatis ad nuptias uſque cuſtoditæ. Sequimur enim hac in parte τὸ ῥητὸν Scripturæ, quod habetur *Deuteronom.*22. quia verba Sole clariora ſunt: non probamus ſenſum allegoricum, aut metaphoricum, quem *Augenius* ſupra adduxit ex interpretatione *Lyræ & Rabinorum.* Alienus enim eſt, & docimaſiæ Virginitatis minime conſentaneus.

Cruen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Cruentare verò primo in congreſſu linteamina, apud Iſraelitarum Virgines perpetuum erat propterea : I. Quia mature admodum , anno ſcil. ætatis 12.13. & 14. nubebant: ut δοκιμασία Virginitatis eo eſſet certior. II. Quia probatio hæc erat mandata. Itaque ſtante Lege Moſaica , certa fuit ac ſufficiens:ac poterat Iudex facile cavere , ne cui innocenti periculum crearetur. Hodie linteaminum cruentatio perpetua non eſt: I. Quia virgines elocantur tardius. II. Quia lex hæc de Virginitatis δοκιμασίᾳ per cruentata lintea una cum aliis quibusdam eſt abrogata. Ideoque ſimpliciter & abſolute illi inſiſti non poteſt: quemadmodum nec locum amplius habet illa adulterii probatio per aquas amariſſimas, quæ habetur *Num.5*. Si tamen virgo nubat mature , neque cervicem uteri habeat, aut morbo,aut cauſa morbifica,aut laſcivia dilatatam, ſitque maritum ſortita,cujus membrum neque minus ſit quam conveniat , neque mollius & flaccidius, quam requirat actus conjugalis, rationi conſonum eſt,etiam illam adhuc hodierna luce ſanguinem profundere , eoque linteamina inficere.

Quintum eſt de dolore, num & is recte inter

inter Virginitatis indicia reponatur? Reſpondetur rectiſſime: quamvis & vitiatæ dolorem in actu Veneris percipere queant: vel quia partes genitales natura habent anguſtiores: vel quia vitiatas illas obtinent, ulcere, vulnere, aut tuberculo: vel quia membrum viri rigidius eſt: vel quia idem grandius exiſtit: vel quia motu impetuoſiore violentioreque Venus exercetur. Virgines autem dolorem ſentiunt propterea, quia collum uteri anguſtius violenter dilatatur: quæ dilatatio ſpecies quædã eſt continui ſolutionis: & hæc proxima doloris cauſa.

Vltimum eſt, an ex profuſione cruoris, & linteaminum infectiõne, de qua Scriptura loquitur, neceſſario præſentia Hymenis, ejuſque ruptura concludatur? Reſpondemus negando: quia ſanguinis profuſio etiam ex anguſtia cervicis uteri, violenter dilatata, trahere poteſt originem, velut & dolor ipſe. Propterea S. Literæ tantum profuſionis ſanguinis, tanquam ſigni generalis, mentionem faciunt: cauſam verò, à qua dependeat, non exponunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

INDEX RERUM

Memorabilium, quæ in priori Opuſculo Phyſiologo continentur.

ABortientium hiſtoria cum picturis fœtuum. 110. 118. 123
Abortus omnes fiunt ante ſeptimum menſem. 130. 131
Adverſim, non averſim concumbendũ. 74
Ægyptiis fœminis nymphæ nimium producuntur. 34
Amnios quomodo fœtum contineat. 107
Anaſtomoſes cordis fœtus, & earum uſus 3 *quo tempore pereant?* 4. *eaſdem delere natura in omnibus conatur.* 6
Anaſtomoſin eſſe venam arteriarum nutricem, falſo credidit Botallus. 6
Ariſtotelis opinio de formatione fœtus examinatur. 106
Avicennæ opinio de diſtractione oſſium pubis. 158

B.

Bronchocele Alpium incolis familiaris. 34
Bucton puellarum quid? 46

C.

Cancri & ſcirrhi incurabiles aliquando orificio colli ſuperveniunt. 102
Carunculæ in extremitate colli veſicæ ſitæ uſus. 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Carunculæ quatuor, valvas conſtituentes nunquam omnino abolentur. 51. *earum uſus.* ibid.
Cava vena producit vaſa ſpermatica præparantia. 19. *recipit lac à mammis, niſi id exſugatur.* 163
Cavitas colli uteri aſpera quare? 99
Citta gravidarum cujus rei indicium? 156
Clauſtrum virginale quibus nominibus donetur? 46.53. *ejus deſcriptio.*37. 47. *ſitus.*56. *comparatio cum germine roſæ.* 47. *ocello vel caliculo gariophilato* 55. *flore lilii.* 59.
Clauſtrum virginale quomodo abſque coitu rumpi poſſit? 87.& ſeq.
Clauſtri virginalis utraque pars proprie dicitur vulva. 24
Clitoris quænam pudendi pars? 38.& ſeq. *balano haud eſt diſſimilis.* 33. *quatenus differat à mentula?* 41. *aliquando naturæ vitio nimis producitur.* 80
Clitoridis ſitus. 31. *uſus in fœminis* 175. *abuſus quarundam.* 42
Coccygis acceptio duplex. 179 *uſus.*181
Coccygis retroflexio in partu, quam opinantur nonnulli, vana eſſe demonſtratur. 181
Coëundi modus unicus naturalis. 75
Coëundi appetitus diverſus eſt in viro & fœmina. 83
Coitus

Coitus primus omnibus virginibus dolorificus, aliis magis, aliis minus. 60
Coitus cum menſtruatis, divinis atq; naturalibus legibus vetitus. 62
Coitus ob menſtrua intempeſtivi hiſtoriæ. 61. 64.
Collum uteri non eſt ſinus. 54
Collum verū uteri quid, ex Fallopio. 96. 97
Colli veri principium, orificium interius uteri eſt. 76
Colli orificium quale, & quando hiet? 98
Conceptio quomodo fiat? 97
Confricatrices mulieres quænam dicantur? 42.
Conſtrictio pectoris curvitatis prohibendæ cauſa, quæ mala & ſymptomata pariat? 170
Corporis humani partium generalis diviſio in dextras & ſiniſtras. 174
Corrumpanturne virgines abſque conſortio viri? 87. & ſeq.
Corrupta ab integra virgine quomodo differat? 25
Cunnus quid, & unde dicatur? 24

D.

Defloratio quid, & quomodo deprehendi poſſit? 59
Defloratio quibus dolorifica magis vel minus? 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Deus & natura nihil fruſtra. 1
Dilatatio oſſium pubis, vide *Oſſa.*
Diſſimilitudo individuorum unius ſpeciei unde potiſſimum? 77
Diſtractio oſſium pubis & ilium an fiat in partu? quæſtio αὐτοψίᾳ anatomica deciſa. 164. *eadem oppoſitis rationibus nihil infracta.* 166. & ſeqq.

E.

Effluxus omnes fiunt ante formationem fœtus. 131
Embryonis forma quomodo membratim queat diſcerni? 106
Embryonis ejecti hiſtoria. 118. 123
Exeundi ex utero modus maribus ac fæmellis idem & communis. 140

F.

Falſæ veterum & recentiorum de hymene opiniones. 52. & ſeq.
Falſi germinis ejecti hiſtoria. 115. 116
Filum ſub lingua ſcindendum parvulis. 50
Flos virgineus, hymen. 48. *plura ejus ſynonyma quæ?* 46. 53
Flos virgineus perelegans, corruptarum laceratus. 25. *ejus folia quatenus etiam in corruptis maneant?* 25. 51. *forma.* 37. *comparata*, vide *Clauſtrum virginis.*
Floris nomen πολυσήμον, virginibus omnimode applicatum. 56. & ſeq.

Fœmel-

Fœmellæ in maſculum non fit mutatio, & contra. 82.& ſeqq.
Fœtus quoto die formetur? 105.108.114
Fœtus XL. *dierum qualis?* 106.107
Fœtus in utero quo tempore moveatur 109 & ſeq. *quomodo augeatur & creſcat?* 131.
Fœtus ſpiritum attrahit per umbilicũ. 108
Fœtus articulatus, ſi maceretur in aceto, oſſa ejus emolliuntur. 106
Fœturæ ſignum unicum & univocũ quodnam? 68
Frænum ſeu filum penis. 40

G.

Galeni diligentia. 2
Genitales partes triplices in utroque ſexu 2. *in fœminis quæ?* 19. *in viris & fœminis longe diſſimiles.* 82. & ſeqq. *eædem ſæpe variant.* 79. & ſeq.
Genitales mulierum partes mutari in viriles haud poſſunt. 84
Germen floris in virginibus quid? 46
Germini roſæ valde ſimile clauſtrum virginale. 47
Glandis virilis deſcriptio. 40
Glottidis laryngis & ſinuum ejus à paucis fit mentio. 10
Glottidis laryngis uſus. 52
Gravidæ quibus lædantur? 156

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Gravidarum orificium uteri exacte clauditur. 100
Graviditatis ſigna. 65

H.

Hippocratis ſententia de formatione fœtus. 114. *ejuſdem de diſtractione oſſium pubis authoritas.* 152.155
Hiſtoria uteri omnino corrupti poſt difficilem partum. 70
Hiſtoria maſculi, qui pro fœmina baptizatus fuit. 85
Hiſtoriæ duæ intempeſtive coëuntiũ. 61.64
Humani corporis diviſio in partes dextras & ſiniſtras. 174
Humor aqueus & albus unde & qua derivetur in partes infernas. 91.92
Humor in amnio contentus unde colligatur. 115. & ſeq.
Humor mucoſus diſtractionem oſſium juvans. 132, 138.146
Humores aquei & alii, à quibus fluores fiunt albi, & eorum venenoſa pravitas 90. & ſeq.
Humorum in uterum fluxio quid incommodi ſæpe afferat? 87.90
Hymenis deſcriptio. 47.53.54.55, *de eo falſæ multorum opiniones.* 52. & ſeq. 100
Hymenem alium præter florem virginitatis quærere, vanum. 48
Hypogaſtrium quid? 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

I.

Ilei ad teſtes deſcenſus quomodo fiat? 89
Impregnationis falſæ hiſtoria. 115.116
Inappetentia gravidis unde? 132
Incrementa fœtus in utero per intervalla temporis. 131
Infantes plurimos ſtatim ab ortu interire quid faciat? 9
Infantes quando ridere & dealbeſcere incipiant? 134
Interfæmineum & interforamineum idẽ, & quid ſit. 29
Inteſtina & uterus quando facile propellantur? 87
Inteſtina, creſcente fœtu, naturali ſuo ſitu moventur. 131.144.

L.

Labra pubis quid? eorumque exacta conſideratio. 28
Labra pudendorum mulieribus lævigatiora & depreſſiora quam virginibus. 67
Lac quo derivetur à mammis? 163
Lædi quibus gravidas contingat? 156
Laſciva & contaminata puella nihil turpius. 57
Liberorum procreatio finis conjugii. 36
Ligamenta cavernoſa in viris. 39. *in mulieribus æque.* 41
Les os barrez quid, & cur dicatur? 150

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Lochia à partu quot diebus purgentur? 146
Lutetiani capita habent oblonga. 34
Luxatio ex diſtractione oſſium pubis cur non fiat? 172
Luxatio in articulis; diſtractio in ſymphyſibus fit. 172

M.

Mammæ unde lactis attrahant materiam? 163
Mammarum officium & uſus. 175
Mares in utero citius moventur, quam fæmellæ. 130
Matres & nutrices ſæpe ſuffocationis puerorum temere accuſantur. 9
Matrimonii cauſa finalis. 39
Matrix cum fœtu ante ſeptimum menſem ſurſum adſcendit. 131
Matricis gravia ſymptomata ex difficili partu. 70
Membranæ quot in coitu lacerentur? 49
& quænam primum? 49.50
Menſtrua in cavitatem colli uteri per vaſa, ejus ſubſtantiam penetrantia, erumpunt. 99.101.102
Menſtrua quando fluunt, virginum clauſtra relaxantur. 60
Menſtrua gravidis ſi fluant, quomodo judicandum? 156
Molæ uteri quid? 116
Μόλυν-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Μόλυσις quid? 130
Motus fœtus quo tempore fiat? 129. & ſeq.
Mulieris partes generationi dicatæ quæ ſint? 2.19. *ubi ſitæ?* 84
Mulieres habent ligamenta, ut viri, cavernoſa. 41
Mulierum ac virginum externæ uteri partes quæ? 27.& ſeqq.

N.

Narium ſimitas quibus familiaris? 34
Natura ſæpe ludit & aberrat in partibus conformandis. 77. *maxime pudendorum.* 78.85
Naturæ obſcura miracula multa recenſentur. 178
Nymphæ quid? 29. *cur ſic dictæ?* 35.& ſeq. *quaſi lymphæ.* 36. *ſunt multo majores, quam apparent.* 35. *aliquando adeo producuntur, ut exciſione ſit opus.* 34. *tantæ excreſcentiæ cauſa.* 35
Nymphæ, πτερύγια Græcis, duplices. 32
Nymphas Ægyptii exſcindere conſueverunt. 32

O.

Oeſtrum Veneris Columbo quid? 42
Orificium interius uteri quid vocent Medici? 98
Orificii ſinus pudoris ſedes. 43. *affectus coitum prohibentes.* 43

Os pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

*Os pubis ex tribus conflatũ.*150. 154.*quibus nominibus plerumque inſigniatur.* 154
Os pubis apophyſin innatam habens partum impedit. 139
Os ſacrũ Galeno tribus conſtat oſſibus. 180
Oſſa quæ cito perficiantur, & quare? 123. 107.
Oſſa ilium interjecto oſſe ſacro utrinque unita. 153
Oſſa pubis ponderoſa, & ponderis magni ſuſtentacula. 150
Oſſium pubis, ilium, ſacrique locus & ſitus ubi? 18
*Oſſium pubis diſtractio non ſolum in mulieribus, ſed etiam in omnibus viviparis animalibus fit.*69. *iſta relaxatio unde & quomodo facilitetur?* 133.138.177 182. *quomodo arte juvetur à mulierculis quibuſdam?* 148
Oſſium ante & in partu diſtractio firmatur rationibus. 137. & ſeqq. *item authoritatibus.* 152
*Oſſium pubis diſtractionem quidam negant imperite.*11.69. *ſi quidem non fiat, quid tum naturam impediat?* 12
Oſſium partes tenuiores, cervices appellat Galenus. 96

P.

Pampa quid? 57

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Particulæ plures in pudendis mulierum. 2
Pariendi modus naturalis quinam? 140. *non naturales revocantur ad quinque* 141. & ſeq. *difficilimus ac funeſtiſſimus omnium qui?* 142
Parturientes omni auxilio juvandæ. 12
Partus primus quibusnam difficilior, quã aliis? 147
Partum difficilem & infelicem quæ reddant? 139
Parvus venter trifariam ſumitur. 16. & ſeq. *ejus partes quæ,* 18
Pendula productio virginum duplex: una nymphæ, altera clauſtri virginalis. 34 37. 46
Penis multis nominibus donatur. 2. *ejus muſculi ac ligamenta duo.* 39
Penis conformatio varia. 79
Penis non perforatus. 79
Phymoſi ac paraphymoſi nonnulli laborant 79.
Præputii deſcriptio. 40
Præputio quænam ſimilis membrana ſit in fœminis? 33. 35. 49
Productio pendula in aliis atq; aliis major vel minor. 49
Profluvium album, inſtar calcis in aqua diſſolutæ, in ſinu pudoris deprehenſum. 91.

Proli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Prolificatio quibus actibus abſolvatur in utero? 97
Pronaum & foſſa idem. 30. 31. *quænam pars ita vocetur?* 73
Pubes quid? 27
Pudenda cur in plurali? 23. *quæ partes ita dicantur?* 24
Pudendorum puellarum vitia errore naturæ agnata. 80. *quænam ex illis poſſint emendari vel non chirurgia?* 80.81
Pudendorum in gravidis partui vicinis conſtitutio. 132.133
Pueri in utero exiſtentes non negligendi. 12
Puerperæ recentis ſigna. 69
Pulmones recens nati fœtus ponderoſi & nigri. 7. & ſeq. *unde poſt albicantes, ſpongioſi & leves fiant?* 8
Purgatio menſtrua fit per uteri collum. 99. 101.

Q.

Quatuor carunculæ cum totidem membranis clauſtri virginalis. 37.47
Quinque in majori pubis rima animadvertuntur. 30.& ſeq.

R.

Renes & ejus vaſa in diverſis varie variant.
Renes excarnes inventi. 78
Rima pubis. 28
Rima

Rimæ in pudendis mulierum tres. 30
Riſus infantibus ante XLII. *dies vix accidit.* 134
Roſæ quinque fratres. 47
Rugoſitas epigaſtrii quibus non accidat? 68
Rugoſitas ſinus pudoris quo faciat? 74

S.

Scapula quamplurimis puellis una altera elatior unde fiat? 171
Semen ne facile effluat ex cavitate colli uteri, quomodo natura caverit? 99
Semen proprium quomodo mulier ejaculetur in uteri cavitatem? 104
Seminis viri & mulieris diverſa in coitu virtus ad conficiendum fœtum. 83
Semina concepta quomodo in utero ad fœtum præparentur? 104. & ſeq.
Sexus diſtinguũtur ſeptimo die à conceptu. 106. 114.
Sexus num fiat mutatio? 82.& ſeqq.
Signa quæ mulieribus fœtis conveniunt. 67
Sinus pudoris quid, & cur ita vocetur? 73. *in virginibus anguſtior, quam in mulieribus.* 73. *ejus deſcriptio.* 74. *ut ſe habeat in coitu?* 75. *eſt capaciſſimus.* 76. *naviculæ refert figuram.* 31
Sinus pudoris in virginibus differt ab orificio ſinus mulierum. 43
Sinus pudoris aliquando non perforatus 89

Sinu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Sinus pudoris incommodis inverti ac foras propelli poteſt. 88
Spermatica vaſa ſex quæ? 19. *ubi contineantur?* 18
Spermatica mulierum vaſa ejaculatoria ubi deſinant? 104
Suffocatio infantum, quæ fit lactendo & cubando, quibus ſignis dijudicanda? 10
Symphyſis, quæ cum medio fit, triplex, quæ? 2. & ſeq.
Symphyſis oſſium pubis extra partum arctiſſima. 13. 151

T.

Teſtes variant ſitu, numero, quantitate & qualitate. 79
Teſtes nonnunquam tres reperiuntur. 79
Titillatio ex rugoſa conformatione ſinus pudoris augetur. 74. & ſeq.
Torminibus vexantur infantes recens nati. 134

V.

Vaginæ vicem quænam pars præſtet? 73
Valvæ in pudendis muliebribus duæ. 23. *quando effingantur ſeparatim.* 49
Valvæ non ſunt nymphæ. 32. 37. 46. *quei differant à nymphis?* 33
Valvæ ex quatuor carunculis nunquam deperduntur penitus. 51. *earum. uſus* 51. *etiam in adultioribus apparent.* 52

Vena

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Vena arterioſa, dum fœtus eſt in utero, revera arteria eſt. 4
Venæ mammariæ deſcendentes, & epigaſtricæ aſcendentes an coëant? 163
Veſica continetur in parvo ventre ſtricte ſumto. 18
Vetonicæ gariophilatæ comparatur hymen 55.
Virgâ ſectâ tria apparent. 40
Virginis non corruptæ dignotio ex quorundam ſententia. 54
Virgine pudica nihil laudabilius, & contra. 56
Virgines an corrumpantur abſque conſortio viri? 87. & ſeqq.
Virgines omnes primos congreſſus habent difficiles. 60
Virgines uterum non habent clauſum. 100
Virginitas ob menſtrua ſæpe redditur ſuſpecta, exempla. 61.64
Virginitatis filiarum notæ petuntur ex anatome. 15. *eædem quæ?* 25, *cur cognitu neceſſariæ?* 10. & ſeq. 26. *eaſdem quibuſdam eſſe dubias, mirum.* 52
Virginitatis notã in orificio interiori uteri quærere, vanum & ridiculum. 101
Viſum infantes recens nati habent inſtabilem & diſcretionis expertem. 134
Vlcera pudendorum unde exiſtant? 90. & ſeq.

Vra-

Vrachus quid, & ubi ſitus? 31
Vrinam mulieres quare latè & cum ſibilo emittant? 35
Vterus pars genitalis, viviparis propria. 20
octo recipit vaſa. ibid.
Vterus quid, & unde dicatur? 16
Vteri denominatio & ſubſtantia. 103. *forma, ſitus, & uſus.* 104. *nervos habet à cerebro, lumbis & oſſe ſacro.* 21
Vteri partes ſimplices quinque. 20. *compoſitæ quatuor.* 23. *ligamenta quatuor, eorumque ortus.* 21. 22. *tunicæ duæ.* 20
Vteri prolapſus quid, & unde fiat? 88
Vulvæ q. valvæ, & cur? 23. *proprie quæ partes ita appellentur?* 24

X.

Xiphoides *cartilago ſterno appenſa.* 180

Y.

Yoidis os radicem linguæ fulcit & ſuſtinet. 124.

Z.

Zoar Rabi de diſtractione oſſium pubis in partu authoritas. 158.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

INDEX RERUM
Præcipuarum, quæ in tractatu poſteriori, De Fœtus formatione, continentur.

A*Borſus & abortus differentia.* 150
Abortus quo tempore frequentior? 153
Abortus prognoſticon, 151, 152. *cauſæ*, 153. & ſeqq. *interna*, 162
Abortum fieri transſcenſu ſuper animalia quædam, 156. *menſtrui contactu*, 42
Abortum prohibentia remedia, 162. & ſeq.
Abortivi partus quam numeroſi ſæpe? 146
Acetabula, ora venarum ad uterum ferentia, 21. 123. *mucoris plena faciunt abortum*, 162
Adoleſcentulas facilius concipere, 37
Æthiopes atram genituram promere, falſo prodidit Herodotus, 34
Æthiopum proceritas, 172
Agelaſtus Craſſus cur dictus? 215
Agrippæ quinam? 202
Alanthoidis nomina & uſus, 63
Alvus fluens, ne fiat abortus, ſiſtenda, 157
quibus remediis id fiat? 157. 158
Alvi ſuppreſſio ut relaxanda? 145
Amnii nomina & uſus, 62, & ſeq.
Amoris ſedes in hepate, 68
Amuleta contra abortus. 162. & ſeq.

X *Anato-*

Anatomes utilitas & cõmendatio,145.270
Androgyni cur gignantur? 232
Angeli ſphærarum animi, 103
Anguium ſenectus partum promovet, 199
Anima creatur à Deo, 92, *ſine medio,* 95. *unde?* 93. *quo tempore corpori infundatur?* 92. *qua corporis parte ingrediatur?* 109. *unane ſit omnibus?* 98. *eſt immortalis,* 96. *corporis gubernatrix,* 92
Animæ ad corpus comparatio, 102
Animæ auxilium ex anima quomodo? 104
Animæ origo cæleſtis, 89.90
de *Anima errores Platonicorum,* 93. *Manichæorum,* 95. *Ariſtotelis,* 96
Animæ qua cœli parte procreentur, deſcendant rurſuſque adſcendant? 104. & ſeq. 108. *cur invitæ à corpore diſcedant?* 110,112. *quanam pars invita diſcedat?* 111. *cur novæ quotidie creentur?* 102,& ſeq.
Animæ defunctorum cur non redeant? 112 *an in corpora noſtra quicquã agant?* 144
Animas non ad concumbentium libidinem, diſtribuit Deus. 104
Animus an per ſomni quietem præſcire aliqua poſſit, & qua id ratione? 116
Anthropophagi, 238
Aorta arteria, 19,21,70

Ἀπα-

Ἀπαθεῖς quinam? 215

Arborum arundinumque vaſtitas in India, 172

Ariſtolochiæ ad internoſcendum fœtum vis mira, 134

Ariſtotelis ſententia de anima, 96. *de embryonis motu,* 186

Ariſtotelis & Galeni opiniones pugnantes de origine venarum & arteriarum, 259

Aromatum ſuffitus quorſum? 130

Artemonis hiſtoria, 228

Arteriæ umbilicales, & earũ uſus, 61, 62, 65

Arteriæ, venæ, nervi, an originem trahant à cerebro? 241, 256

Arteriæ unde ſpiritum vitalem hauriant, dum fœtus eſt in utero? 253

Arteriarum pulſus, 70

Arteriarum functio quovis cordis motu prior, 253, 267

Aſinarum conceptio qua re impediatur? 43

Avenzoar Arabi medici ſomnium. 114

Aviola Conſularis in rogo redivivus, crematur. 113.

B.

Balneum faciliorem reddit partum, 176

Betonicæ uſus, 206

Bilis atræ conceptaculum lien, 74. *effectus mœſtitia,* 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Bruta animalia naturæ inſtinctu fœtus ſuos ab involucris liberant, 254
Buccæ, 83
Bullæ, cerebri, cordis, ac jecoris rudimenta, 59. 285. & ſeq. 261

C.

Cæſones qui dicantur? 207
Calor concoctionis inſtrumentum. 85
Calvaria, 71
Cancer hominum, capricornus deorum ædes cur dicantur? 105. 107
Canes ubi grandiores cæteris? 172
Canum rabies. 41. & ſeq.
Canum rabioſorum morſus curatio, 43
Capricornus. 108
Caprire quid? 36
Caput embryonis pro reliqui corporis proportione ſemper majus. 263
Cartilagines, 72, 73
Caſtratio ſpontanea quorum? 118
Cava vena, 70. 243
Catonis Cenſorii prolifica ſenectus, 46
Cauda, ima ſpina dicta, 15
Cerebrum aliud eſſe, quam medullam, 69
Cerebrum quamdiu in embryone otioſum? 252. *ad principes animæ functiones quid faciat?* 255, 269
Cerebri formatio & deſcriptio, 68, & ſeq. *facultates,* 69, 216
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Cerebri palpitatio, 69
Cerebri ſubſtantiam tranſmitti ad dorſalem medullam, 254, 268
Cerebri, cordis ac jecoris rudimenta qualia? 245, & ſeq.
Cervix vulvæ canalis, 10. *ejus longitudo & amplitudo,* 11. *irrugoſa cavitas,* 12
Cervix vitiatis quo reddatur anguſta? 12
Chordapſos quid? 78
Χόριον. 64
Cibus ſi rejiciatur, 142
Clitoris & nympha autori idem, 7
Coitus quatenus bonũ vel malũ quid, 104
Coitum gravidæ, omnium maxime novere mulier & equa, 146
Coitum roborantia & ſtimulantia, 48, & ſeq.
Coitus exitiabiles quando? 42
Colis duæ fiſtulæ, 11
Colligationes articulorum, 82
Colon inteſtinum, 79
Coloſtrum infantibus noxium, 209
Columella ſeu uva, 76
Comitialis puerorum, 214. *remedia,* 215
Conceptio quibuſnam auſpicatior? 40. *qua de cauſa fruſtretur?* 12
Conceptus non ſemper cum voluptate conjunctus, 35, 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Conceptus initium ipſas plerumque mulieres latet, 183
Conceptus ſigna & indicia, 51, 124, 125, & deinceps. *probatio,* 130, 131
Conceptum adjuvantia, 47, 48. *impedientia,* 54
Concubitus requiſita quatuor, 30. *apta poſitura,* 50
Cor animæ vehiculum, 109
Cor quatenus venarum & arteriarum principium dici queat? 243. 260. *quare principium eſſe non poſſit?* 244, 260
Cor & hepar quando primum functiones ſuas obeant in fœtu? 252, 254. 266
Cor quibuſdam hirſutum, 67
Cordis formatio primum, 66. *ejus ſitus*, ibidem.
Cordis, jecoris ac cerebri rudimenta, 59, 245, 261.
Cordis ſaltus ut ſedandus? 143
Cornei quinam nuncupati? 81
Cornua matricis, eorumque deſcriptio, 20
Corporis ſingulæ partes externæ, 82, 83
Coſtæ, 72
Cotyledones, 21
Creationis opus immenſæ virtutis, 95
Crura inflata quomodo curanda, 144
Cutis, 81. 247
Deli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

D.

Deliquium animi ut curandum? 143
Dentibus naſci, in utro ſexu bonum vel malum auſpicium? 217
Dentium numerus ac nomina, 217
Dentium loco quibuſdã os continuum, 217
Dentitio puerorum; 216
Dentitionis facilitandæ remedia, 218. 219
Dentitionis ſymptomata, 219. *remedia,* 220
Dictamni ad promovendum partum vis mira, 205
Differentiæ humani generis tam variæ unde? 227
Duodenum inteſtinum, 77

E.

Effaſcinantes laudando, 237
Effluxiones intra diem ſeptimum fieri, 150
earum prognoſtica & remedia, 151
Effœtæ mulieres quæ? 46
Ejectiones & abortus, 150
Elephantus ex Alcippe natus. 234
Elyſii campi, 106
Embryo quando & quomodo carne fulciri creſcereque incipiat? 249
Embryonis unius ſeptimanæ deſcriptio, 246
unius item menſis, 248. *trium menſium,* 249
Embryonis nutrimentũ, 60, 62. *motus.* 120
121, 188, & ſeqq. 193

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Embryonis ejecti dignotio, 85
Empirici taxantur, 136
Epiglottis & ejus uſus, 80
Equas aboriri quid faciat? 42
Eudemii Cyprii viſum, 117
Eugion virginitatis teſtimonium, 12
Eugion & rupti cura, 52
Excrementa cur nulla in inteſtinis fœtus? 267.

F.

Faſtidium gravidarum, 141
Fauces, 76
Febrium curatio, 43
Fel quid & ubi? 68
Fera, partus mulierum inauſpicatus, 234
Flatus ventorum ad maris fœminæve conceptum plurimum conferre. 135
Flatus uteri ut curandi? 162
Fœcunditatis probatio, 35
Fœcunditatis remora, 54. *meta,* 46.
Fœmellæ tardius perficiuntur, 84, 85, 192. *natæ citius creſcunt maribus,* 85
Fœminarum cadavera prona, virorum ſupina in aquis fluitant, 8
Fœminas in mares mutari, & contra. 3.4
Fœtus in utero formatio prima qualis? 56. & deinc. 245. & ſeqq. 261. & ſeq.
Fœtus quoto die formetur? 60, 65, 92. *formationis intervalla,* 84, 86. & ſeq.
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Fœtus partes in prima conformatione ſimul omnes conſtrui, 256, 261, 264. *quæ partes ſuo munere in utero fungantur actu, quæ non?* 252
F*œtus quomodo alatur augeaturque,* 60, 62, 64, 123, 124, 251, 252, 265, & ſeq. *quomodo vivat in utero?* 250, 265. *quo tempore moveatur?* 120, 121, 133. 134. *cur ante medium geſtationis tempus ſe non moveat?* 255, 269
Fœtus triplici facultate gubernatur, 250, 265. *trifariam ſe vibrat,* 188. & ſeqq.
Fœtus quo tempore in utero ſentiat? 122
ejuſdem ſitus, 173
Fœtus fulminatus matre illæſa, 149
Fœtus emortuus & ſecunda tardans quibus remediis pellantur, 164, 206
Pulminibus claris quæ vis? 149.

G.

Gemini alterutri parentum ſimiles quæ cauſa, 230
Gemini plerumque brevis vitæ, 231
Gemini tergemini, 229
Gemini tergore uno conjuncti vitales, 232
Generatio quomodo fiat? 48. *virginibus quando oportuna?* 37
Generationis differentia ex qualitate humorum, 135

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Genitalis muliebris deſcriptio, 6
Genitalium partium viri ac fœminæ diſcrepantia, 3
Getarum Thraciæ mos lugendi ac gaudendi, 110
Gingiva, 76
Gravidæ quædam paucæ cur melius habeant? 139
Gravidæ partui vicinæ quomodo ſe gerere debeant? 174.& ſeq.
Gravidarum accidentia, earumque curatio, 138,140, & deinceps.
*Gravidarum morbi acuti lethales,*149,160
Gula, 76;80
Gymnoſophiſtæ, 172

H.

Halyabatis de motu embryonis ſententia, 122, 191. *de partu item,* 192
Hepar vide *jecur.*
Hepar ſecundum quoſdam quid? 253, 267
*Hepar & cor, dum fœtus in utero eſt, proprio nõ funguntur munere,*252,254,266
Hermaphroditi, 232
Hilæ vel hillum, 77
Hillæ quid? 79
Hippocentaurus è muliere natus, 235
*Hippocratis de motu embryonis opinio,*189, 190

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Hirquitalli, 36
Hiſtoria duorũ familiariũ memorabilis, 114
Hominis quantitas ex Vitruvio, 11
Hominis deploranda infelicitas, 221, *vanitas.* 222
Homines perniciſſimi ubi? 236
Hominum varia monſtra 235. & ſeqq.
Humor in alanthoide qualis? 64
Hymen ſive eugion virginitatis teſtimonium, 12.

I.

Iecur amoris ſedes, 68
Iecur quatenus venarum origo ſtatui poſſit? 243, 259. *cur venarum arteriarumque principium eſſe non poſſit?* 244
Iecoris formatio & deſcriptio, 67. & ſeq.
Iejunum inteſtinum & ejus nomenclatura varia, 77
Ignis ſacer, vide *Inflammatio.*
Ileũ, 79
Ileos & ileoſi, 78
Ilia, Græcis lagones, quæ partes? 78
Iliacus ſive ilioſus quinam vere? 78
Ima ſpina, 227
Imaginationis quanã vis ſub conceptu? 227
Indiæ gentis fœminas ſeptennes peperiſſe, 38
Indiæ incolarum proceritas & ſanitas, 172
Inedia gravidis noxia, 161

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Inedia quamdiu non lethalis? 203
Infans recens natus ut tractandus & curandus, 208.& ſeq. *an victurus ſit, intra ſeptem horas diſcernitur*, 202
Infans ſi inter naſcendum præfocetur, ut tractandus? 204
Infans in uterum reverſus, 208
Infantis modo nati paſſiones & geſtus, 207
Inflammationis malum & remedia, 160,
Inteſtinum rectum, ſive alvus, 15,79.
Inteſtinum tenue, 77.78
Inteſtinum medium, 79
Iumentorum ulcera quid ſanet? 43
Iuniores virgines imperfectiora gignũt, 37

L.

Lac in mammis unde? 22,40
Lac maternum infantibus maxime conveniens, 209
Lac poſt conceptionem corrumpi, 212
Lac gravidis effluens quid notet? 148
Lactis probatio, 213
Lactis defectus ut curandus? 214
Lacteus orbis, 106
Lactes, 76, 77, 79, & ſeq.
Lacrymæ ante XL. *diem ab infantibus alienæ*, 215
Lien, 74. *joci riſuſque ſedes*. ibid.
Liene exemto vivere etiamnũ animal, 75

Lin-

Lingua, 75. & ſeq.
Loci, 14. vide *Vterus*.
Longanon dicta alvus, 79
Lotium à mulieribus emiſſum cur perſtrepat? 10
Luna cancri domina generationi proxima, 108.

M.

Macrobii de motu embryonis autoritas, 122, 191.
Magorum artes irritas reddi qua re? 44
Malacia gravidis unde? 140
Mammillæ ne excreſcant remedia, 37
Mamillæ obduratæ à lactis nimio affluxu, 210. *inflammatæ ut curandæ?* 210, 211
Manes interfecti ultionem expetunt. 114
Manichæorum de animæ eſſentia error, 95
Mares quamdiu generent? 45
Mariſca, 38
Mas ut gignatur, 47. 135
Masne an fœmina ſit fœtus, quei explorandum? 132, 133
Mas citius fæmina matureſcit, 84, 85, 192
Maſiniſſæ regis fæcunda ſenectus, 46
Matricis ſynonyma, 14
Matrix Columellæ quid? 15
Matrices cur in plurali dixerint veteres? 19
Mauri unam omniũ animã credidere. 102
Maxilla, 72

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Medici non medici quando? 210
Membranæ quibus obvolvitur fœtus, 62
Membrum virile cur dicatur? 24
Membra ſeu partes corporis externæ, 82,83
Membrorũ quorumq́; concreatio unde? 69
Menſes puellis quando incipiant? 36,38
unde & qua erumpant? 38
Menſes gravidarum, 148
Menſes albi quibus proveniant? 45
Menſtruum excrementum, 38,39,40. ejus pravitas ac monſtroſi effectus, 41,42
Menſtrua quibuſdam utero gravibus fluunt, 40. ſi affatim, quid indicent? 148
Menſtrua quibusnam ſæpe ter menſe citentur? 39
Menſtruorum circuitus incertus, 44
Menſtruæ purgationes unde prodeant? 21, 38. lactantibus plerumque ſiſtuntur, 212
Menſtruæ purgationis modus, & diuturnitas, 39
Menſtruus ſanguis in gravidis quei ſe habeat? 39, 40. in mammas qua derivetur? 22
Menſtruo in ſanguine quæ remedia? 43
Meſenterion, 79
Mola ſeu μύλη, 165. ejus cauſa, 166, 167. quomodo à graviditate diſtinguatur? 167. quibus remediis expellatur? 168
Mon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Monſtroſi partus ex qua cauſa? 231. & ſeq.
Mors quid? 111 *non omnibus terribilis*, 110. & ſeq.
Mortalium nemo felix, 222
Mortuorum reviviſcentium exempla, 113
Motio fœtus temporis incerti, 186. vide porro *Fœtus.*
Motus fœtus à nervis, 252, 267
Motus fœtus cur tardior? 255. 269
Motus in dextro latere non ſemper indiciũ maſculi, 136
Mulieres quamdiu fœcundæ? 46. *pingues conceptioni ineptæ*, 13.

N.

Nani cur gignantur? 170
Naſcentes omnes hanc vitam deflent, 110
Natorum ſimilitudo cum parentibus, avis aliiſque. 224. & ſeq.
Nervi à cerebro, 70, 255. *non à corde*, 257 *inciſi non ſolidantur*, 71
Nervi, venæ & arteriæ omnes in fœtus umbilicum deductæ, 247
Nervos vulneratos ſummum dolorem inferre, præſectos nequaquam, 71
Nutrix qualis eligenda? 212. & ſeq.
Nutricis diæta & officium, 213
Nympha quid? 7. *ejus uſus*, 9

O.

Obeſitas genituræ obeſt, 13
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Obſtetricis peritia & officium in partu, 199
& ſeq. *poſt partum*, 203, 254, 268
Occiſi vulnus cur ſanguinem ejiciat præſente percuſſore? 114
Octavo menſe nati haud niſi in Ægypto vivunt, 181. *cauſa*, 182
Oculi effaſcinantes, 237
Oculo unico inſignes, 236
Omoplatæ quid? 73
Omphacium quale oleum? 52
Ophiogenes, 237
Organis ſuis fætus non priuſquam à matre excluſus, utitur. 252
Origenis ſpontanea caſtratio, 118
Oritarum alimentum, 236
Os genitale, 6. *cervicis*. 10
Oris uteri deſcriptio, 13
Os jugale, 71
Os ſacrum ſeu pectinis, 16. *in partu quomodo ſejungatur?* 177
Oſſa varia, 72. 73
Oſſa quando figuram & duritiem acquirant? 247

P.

Palpitatio cerebri, 69, 216. *cordis*, 143
Papaverculum quid? 208
Pariendi tempus mulieribus incertum ac multiplex, 179

Partim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Partium ſupervacanearum cauſa, 231.
deficientium cauſa, 233
Parturientis officium, 201
Parturitionis facilitandæ remedia, 174 & ſeqq.
Partus quo menſium numero edatur? 182, 183. 184
Partus ſeptimo menſe editus quinam vitalis? 179
Partus ſecundum naturam quinam? 201
contra naturam qui? 202
Partus mucore oppletus unde? 147
Partum antecedentia ſymptomata, 196.
concomitantia, 200
Partum promoventia remedia, 196. & ſeq.
Partus monſtroſi cur fiant? 231, & ſeqq.
prodigioſi, 234. 235
Partus CL. *minimi digiti magnitudine uno abortu egeſti,* 164
Partus uno enixu numeroſi, 229 *cauſa* 230
Partus emortuos quæ evocent? 206
Pecten, os ſacrum, 16
Pedes ſeu crura inflammata, 144
Peripateticorum error de origine nervorum, 241
Peritonæum. 22
Philoſophiæ ſcopus, 111
Phlebotomia gravidis abortiva, 155
Picæ ſeu malaciæ cauſæ & remedia, 140

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Pilare malum, 211
Pili, 81
Pilorum defluvium, aut incrementum inſolitum, 146
Platonis de occiſorum animis opinio, 114
Platonicorum opinio de animæ infuſione, 105. *de ejuſdem reditu,* 113. *de metempſychoſi delirium,* 119
Podagram menſtruo leniri, 43
Potionem deferri in pulmones, falſo crediderunt quidam, 242, 258
Prædictiones quorundam eventu comprobata, 117, 118
Præputium, 7
Priapo hortorum cura cur aſſignata? 24
Principia genitalium Plinio quid? 7
Proceritas quorundam admirabilis, 171
Proceritatis improceritatiſque cauſæ. 169, & ſeq.
Proferum quid? 64
Pſaltria abortum ſibi concilians ſaltu, 246
Pubeſcentiæ ætas quæ? 36
Pudicitiæ fæminarum probatio, 54
Pudoris ſedes in malis, 83
Puellas ſeptennes peperiſſe, 38
Puer ex virgine effectus, 4
Pulmo non exanguis, 73
Pulmones in utero non ſpirant, 252, 266
Pulſus arteriarum, morborum index, 70
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Purgantia medicamenta gravidis quando licita? 156
Pygmæi, 170
Πυλωρός, 77
Pyrrhi regis dextri pedis pollex miraculo inſignitus, 239

Q.

Quales parentes, tales naſci plerumque liberos, 225
Quatuor ad concubitum accedunt, 30

R.

Recti inteſtini variæ appellationes, 79
Renum deſcriptio, 75
Rhoæ quid? 72
Riſus ante XL. *diem à pueris alienus,* 215
Riſus ſpleni cur tribuatur? 74, & ſeq.

S.

Salivalis ſuccus cum voluptate exilit, 20, 21, 35.
Sanguis in primo coitu erumpens virginitatis indicium, 52
Saturnus, 108
Saturnii optime degunt, 182
Sauromatarum victus, 236
Sciapodes, 237
Scoptula Latini quid vocent? 73
Scrotum, 20
Secunda, ſecundæ, 61, 64. *quomodo educendæ?* 204, 205

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Semiferi partus, 235
Semen quo ætatis anno pullulet? 36. *quando prolificum?* 37. *quibus profuſius?* 34 *maris quamdiu prolificum?* 45. *cruentum quibus exeat?* 32
Semen non congelaſcere, 33, 35
Seminis materia, 31, 32. *partes geminæ, & unde proficiſcantur,* 33, 34
Seminis fœcunditas quei exploretur? 35
Seminis poteſtates, 224
Seminum in utero commixtio ac vegetatio, 56. & ſeq. *qualitas & effectus utriusque conferentis,* 57
Seminarii pori, ſeu vaſa ſpermatica mulierum, 21
Septum tranſverſum, 79
Septum cordis pervium, anatome exploratum, 271. *ejuſdem uſus,* 272
Serpens ex ancilla natus, 235
Sexus in partu diſcretio unde? 200
Sexus aliquando fieri mutationem, exempla, 3.4.
Similitudo natorum cum parentibus & cognatis unde? 224. & ſeq.
Similitudinis diverſorum exempla, 228
Simonidis ſomnium, 116
Socratis vaticinium in adverſarios, 117
Solis portas Phyſici quas nuncupent? 108
Som-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Somnia, 116. *puerorum.* 216
Somnii geminæ portæ, 115
Spectrum Gabini, 112. *Corfidii.* 113
Spina dorſi quo deſinat? 15
Spinalis medulla, 71
Spiritus vitalis & animalis unde? 241. & ſeq. *progeneratur in corde*, 59, 66
Splen ſine lien, 74
Steriles quænam? 40
Sterilitatis probatio, 130. *remedium*, 47
Sternutatio à coitu abortiva, 155. *in partu juvat.* 201, 204
Stomachus & venter, 76
Stomachi faſtidium & marcor quomodo curetur? 143
Strumarum medicatio, 43
Sudor, 70
Superfœtatio, 146. *ejus exempla.* 147
Syrictæ. 235
T.
Teneſmi malum & remedia, 159
Teſtes mulierum, 19. *eorum uſus*, 20. *Virorum cur extra?* 23
Teſtium virtute gignitivum fit ſemen, 34
Thalaſſomeli ut fiat, & quo uſu? 145
Tonſillæ, 76
Troglodytis curſus perniciſſimus. 237
U.
Vaſa ſpermatica, 20, & ſeq.
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Vaſa fœtus, in utero ex cæteris partibus ſola munere ſuo fungi, 252
Vena cava, 70. 243. *jecori infinitis propaginibus intexitur,* 243.259
Venæ & arteriæ citius quam ipſorum partes principes perficiuntur, 256.267
Vena umbilicalis in prima fœtus conformatione cæteris vaſis manifeſtior, 253,267
Venæ umbilicales & earum uſus, 61, 62, 64, 123.
Venarũ origo an à corde vel jecore dependeat? 257. *origo prima ex ſemine,* 270
Venarũ ad mammas tendentium origo, 22
Veneris ætas, 36, *œſtrum,* 30
Ventriculi redundatio ut curanda? 142
Ventriculi flatuoſis ſpiribus, quæ medeantur? 143
Vertebræ quotnam? 72
Vertigines quomodo curandæ? 143
Veſica, 80
Veſicæ fiſtula quo deſinat? 10
Violatis ut ſuccurrendum? 52. & ſeq.
Virginitas quomodo internoſcenda extra concubitum, 53
Virginitatis teſtimonium eugion, 12,52
Virginitatis amiſſæ correctio, 12
Viri ex fœminis facti, 4
Viſu interimentes, 237

Vmbi?

Vmbilicus quando creſcere incipiat? 61. *unde conſtet?* 62, *ejus uſus*, 123, 247, 249
Vmbilici infantis cura, 214
Vngues, 81
Voluptas Venerea, 29
Vox quando pueris mutetur? 36
Vrachus, 63. *ejus uſus*, ibid.
Vreteres, 10
Vrina gravidarum qualis? 129
Vrinæ item accidentia, 144
Vrinæ & ſeminis diverſi in maribus canales, 11
Vter pro utero, 15
Vteri variæ appellationes, 14. *ſitus*, 16. *quantitas & natura*, 17. *membranæ*, 17 *Villi triplices*, 18. *figura*, ibid. *gemini ſinus*, 18, & ſeq. *cellulæ*, 19. *rugoſitates*, ibid. *Venæ, teſtes*, 19. *cornua*, 20. *ſeminarii pori*, ibid. *Venæ ad mammas ducentes*, 22. *cum principalioribus membris commiſſura*, 17.
Vteri os à conceptu ſigillatur, 13, 55. *ejuſdem deſcriptio*, 13
Vteri prolapſus, & remedia, 178
Vteri durities ut curanda? 207
Vtero gerentes, cur plerumq; ægre degant? 139, *quando maxime vexentur?* 142
Vulva unde dicta? 5, & ſeq.

Vulva

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Vulva pro utero, 14, 16,17, & paſſim.
Vulvæ intrinſecus poſitæ ratio, 22
Vulvæ tres poteſtates, 173
Vulvæ oſtium in partu naturæ miraculo reſeratur, 177.178
Vulva ejectitia, 150
Vulvarum vitia in puerperio quomodo curentur, 207
Vva ſeu columella, 76

X.

Xenocratis ſpontanea caſtratio. 118

Y.

Ὑστέραι. 64

Z.

Zoroaſter die quo natus riſit. 215. *eidem palpitatio cerebri valentiſſima, futuræ ſcientiæ præſagio.* 216.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

47 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 G 22